


BOUGHT WITH  
THE INCOME FROM THE  
**SUBSCRIPTION FUND**  
BEGUN IN 1858.

*29 July, 1882.*


*Aemilii Baehrensi ...*

Emil Baehrens

Class 9627.8



Class 9627.8





MISCELLANEA CRITICA.

*Anal.*

0

*Emil*  
**AEMILII BAEHRENSII,**

PROFESSORIS GRONINGANI,

# MISCELLANEA CRITICA.



---

GRONINGAE,  
IN AEDIBVS J. B. WOLTERSII,  
MDCCLXXVIII.

class 9627.8  
~~1245146~~

1882, July 29.  
Subscription fund.

G V I L E L M O H E C K E R O  
S A C R V M.



## PRAEFATIO.

---

Dissertationes ad varios scriptores Romanos uariis temporibus a me conscriptas necdum editas dum in unum corpus redigo, suauissima subit memoria studiorum in opusculis illis condendis positorum. est hercle huius litterarum generis fructus dulcissimus ingens illa inter ipsa studia concepta uoluptas, cum discutiendis tenebris et neritati uindicandae nnice dedita mens omnes intendat uires ad id quod summum sibi proposuit adsequendum. innumeris adhuc uitis obruti iacent ueteres scriptores; et quidquid anteriores philologi, dum illis nobiles et his *επιβουλας* numquam satis laudandas curas impendant, praestiterunt, in multis tamen antiquitatis monumentis ita sese res habet ut non spicilegium sed integra messis sit relicta: leuiores pleraque, in uniuersum si rem spectas, illi curantes grauiora ac difficiliora posteris curanda tradiderunt. habet autem haec auctorum quos uocare consueuimus classicorum in integritatem restitutio aliquid, quod singulari quodam modo altiores animos adliciat attrahatque. nam ubi unum aliquem illorum iterum iterumque perlegisti et singulos sensus uerbaque mente perspicere atque intellegere stuiduisti; ubi hoc ut ubique consequerere frustra laborasti saepeque dubius haesisti neque interpretes docti in usum uocati dubitationes tuas eleuarunt; ubi timido primum, mox magis magisque tuto securoque animo corruptelarum suspensiones firmatae et corroboratae sunt: quam pulcra tuae industriae tuaeque ingenii ope illas submoendi spes quatum menti uigorem alacritatemque subdit! iam sine

a sententia siue a latinitate proprioque unicuique scriptori dicendi usn siue ab ipsorum codicum scriptura siue aliis e causis recepta lectio scrupulos iustos tibi mouit tam explicandi artificia quam coniectandi pruriginem leuitatemque peroso: quod illud gaudium est, a scriptoris genio dictionique et loci cum maxime tractati colori conexuique conuenientia diligenter inquirere; traditos codicem apices in genuina lectione recipienda ita respicere ut ex certa et diuturno usu milleque codicibus identidem euolutis stabilita scientia eius rationis, qua scriptores Romani inde ab antiquo aeuo usque ad artem typographicam inuentam per singula saecula sint propagati, non opinionum commenta eequaris, sed spreto fabulis palaeographicis id quod hac a parte certum aut probabile sit restituere coneris; deficiente leniora remedia ante temptata successu aliquid periclitari neque reformidare acriores medelas, cum ex assidua non unius sed quam plurimorum scriptorum tractatione, quae mentis oculos in dies magis acutos reddidit ad uaria librariorum uitia agnoscenda, ingentem textuum in libris mss. traditorum corruptionem cognitam habeas et quemuis morbum quamquam inueteratum, si non semper sanare, tamen certa ratione dinoscere et detegere atque aliquo modo lenire edoctus sis. et omnibus difficultatibus feliciter superatis ei id ipsum quod omni a parte tutum dignumque scriptore sit erueris, quam sincera laetitia mens tua perfunditur! adumbraui gaudium uulgatum cognitumque multis qui in hoc uel illo loco coniectura emaculando dextra fortuna uersabantur: mirum quanto maiorem et paucissimis notam uoluptatem percipit ille criticus (et hic non in scholae alicuius subselliis instituitur, sed nascitur), qui continua opera totum aliquem antiquitatis librum quantumuis paruam ita perpoliuit ut peraeque omnia menda, quoad eius fieri potuit, et nudanerit et probabili arte temptauerit, ut illud ad pristini status speciem quam proxime adduxisse possit censeret. id quo quis magis adsecutus sit, hoc eum critici nomine honoreque digniorem esse, prudentium nitorum sanxit auctoritas.

Sed haec studia critica cum tota uersentur in exploranda indagandaque ueritate, facile suspicentur ignari, et eos qui illis operam nauant ita ueritatis esse amantes ut bona certaue inuenta recta uoluntate accipiant. quod longe tamen secus se habet partim culpa naturae humanae ab inueteratis opinionibus desistere aegre sustinentis, partim pessimo hominum uitio, inuidia maliuolentiaque. arte enim critica, quemadmodum nihil diuinius, ita nihil difficilius umquam extitisse omnee fatentur. iam, ut sunt homines multi, qua in

disciplina frustra et sine enentu desudarunt, eam despiciunt fere pusillanimi, artem coniecturalem fundamento certo ac stabili carere clamaunt, nihil prius atque antiquius habent quam aliorum beatiorum conatus quocumque modo falsitatis conuincere. neque cum aliqua saltem inris specie ita agere uideantur, se solos exclusa omni temeritate atque lubricitate unice neras criticae factitandae normas tenere contendunt, decantatam illam *συσφορὴν* (quae, si altius introspectas, in istis quidem hominibus nihil aliud est quam mera ignauias atque inpotentia) iterum iterumque in medium proferunt, fronte censoria in uiris longe superioribus ea quae per mentis inbecillitatem non intellegunt reprehendunt contumeliose, criticam 'obiectiuam' (sic enim stulti stultissime appellant) pessumdari funditusque eueriti maerentes atque querentes. et ut est imprudentium nulgus magnus, prudentium turba minuta, regnant isti seseque iactant; eoque fere res hodie deuenit ut parua diligentia ac sedulitas pluris aestimentur in studiis philologicis quam iudicium atque ingenium. sed quid quattuor saeculorum querelam perpetuam repetam? semper fuerunt eruntque pauci, qui in his quaestionibus, quae subtilissimis animi facultatibus nituntur, ultra nulgus sapiant; pauci, qui ab aliis recte administrata libenter agnoscant propagentque.

Numquam quidem defuerunt inter philologos rixae iurgiaque et partium studia; nouam uero et prioribus incognitam labem nostro aeuo his antiquitatis studiis asperserunt diuersae quae extiterunt scholae sectaeque. nam anterioribus saeculis certe optimus quisque, quidquid ab alio aliquo bene pulchreque inuentum erat, eo sincere gaudere et non aliter quam si ipse esset auctor laetari solebant; eratque inter uiros egregios ingenna aemulatio et certamen honestum. nunc plerique oblitus sunt consulere communi bono, praevalentque cum summa litterarum pernicie sodalitates, quarum non hoc quid uere recteque excogitatum sit, sed id quinam excogitauerit disquirere interest. nam sectae gloria cum ante omnia sit fouenda augendaque, illi addicti sociorum amicorumque quidem opuscula quantumuis mediocria uicissim inter se qua publice qua priuatim conlaudant, ceterorum autem scripta aut neglegunt aut carpunt inridentque. sic eis, qui nulla a parte stant sed pro se soli his litteris promouendis impendunt operam, plerumque studiorum uigiliarumque praeminum apud istos quidem aut dissimulatio est aut cauillatio; maximeque id cadit in eos, qui ueritatis studio ducti illis, quos tamquam summos deos aut heroes schola colere ac nenerari didicit, obloqui sunt ausi. his nefariis spes nanciscendi in patria minus professorum procul relin-

quenda est (nam inimicorum potentium contra insidias clandestinas quomodo tete defendas?), hos in actis litterariis censurae maliuolentissimae inimicissimaeque expectant noua scripta edentes, hos tamquam praedam oblatam certatim et quasi signo dato diripit inuidorum scholae pedisequorum turba. dudum sine dubio, lector perite, sensisti, quam potissimum de factione nerba faciam. nec ulla umquam schola plus neritati indagandae nocuisse putanda est quam ea quae sola ueritatis reperiendae mysterium tenere sibi nidetur, Lachmanniana scilicet. huic si credis, ex. gr. in elegiographis Romanis uni Lachmannus Hanptiusque aliquid memoria dignum praestiterunt, ceterorum studia sordent iacentque; suntque multi qui dogma magna cum seueritate prolatum creduli acceperint. quanto igitur cum furore quantaque cum ira necesse erat Lachmanniani inueherentur in me, qui Catulli emendationi et protracto in lucem codice omnium optimo Oxoniensi primus fundamentum firmum subieci et meis ipsius correctionibus ex proborum iudicum sententia tantum profui quantum ante me pauci. et sat inepta huius furoris iraeque documenta ediderunt.

Non dicam de programmatario isto Gryphiswaldensi, cui satis responsum est a nobis in *Fleckeis. ann.* a 1877, p. 409 sqq.: similis impudentiae eiusdemque prosapiae hominem nunc castigare in animo est. pernenerunt enim his ultimis mensibus in manus nostras Friderici cuiusdam Leonis obseruationes criticae in Senecae tragoedias (Berolini 1878). quas ecquid boni conferant uisurus dnm perlustro, ut alia perabsurda inueni, ita singularem quandam in nobis laccessendis lubidinem cum risu miratus sum. uelut p. 187, not. 8 occasione ridicule arrepta haec iste in nos blaterauit: 'Catull. 64, 121 huc pertineret [!!!], nisi locum, qui post Lachmannum legebatur qualis a Catullo scribi potuit, editor nouissimus pessime corrupisset. sed de editione ista loqui sine indignatione non possum. et mecum sentire scio, quorumcumque [scilicet Lachmannianorum] interest ut uerum eruatur, non ut ingeniolorum istorum ludibria optimi poetae fiant'. ridere audio alios, alios anxie quaerere, quoniam Fridericus iste Leo sit; nam si uerba spectes superba, summum quandam magnaue famae doctum sui nominis auctoritate fretum haec pronuntiare uideri. nolitote frustra intendere memoriam; nam, ut facere solent istius modi homines, dictis magnificis et insolentibus ambitiose speciem quandam sibi circumdare cupiit. et asinum sub leonina pelle latentem facile deprehendes, si quomodo isti qui Lachmannianos se uocant uerum eruant intellexeris. quam in rem non eligam ex Leonis scriptiuncula nugae potissimas, sed

continebo me in examinandis eius coniecturis pag. 2 et 3 propositis; quo simul et breuitati et iustitiae, quae etiam in hoste est obseruanda, etudebimus. Troad. 513 (nam Phoenissarum locum difficillimum neque adhuc emendatum omittimus) Andromachae haec sunt uerba:

succede tumulo gnate. quid retro fugis  
turpesque latebras spernis?

quorum sententia est planissima: 'quid tu latebras tamquam tibi turpes uultu auersaris?', quod inlustratur uerbis insequentibus, in quibus mater suae ipsius rogationi ita respondet 'agnosco indolem, pudet timere'. quid autem Leo? cum codex Florentinus sine sensu habeat 'turrisque', ille 'uerum' scilicet hac interpolatione recepta restituit 'tutasque latebras'! genuinam autem ueritatem sic reciperebimus, ei Florentini 'turrisque' et alterius familiae 'turpesque' scripturas ex uetere accusatiui forma in archetypo seruata 'turpisque' explicemus. et saepius hoc modo amborum testium differentiae inter se sunt conciliandae. sic ex. gr. Herculis furentis u. 1205

quis potuit arcum flectere aut quae dextera  
sinuare ueruum uix recedentem mihi,

ubi in illis 'uix recedentem' et *E* et *A* consentire nunc scimus, 'neruum' *A*, 'neruos' *E* praebet. hinc Leo et ab arte et a sermone (nam 'arcum' singularis praecedat) pessime corruptum locum p. 22 scribendo 'neruos uix recedentes'. omnes scio mihi consensuros esse legenti 'neruom uix recedentem'; in quam accusatiui formam longe ultra Quintilianii tempora usurpatam haud raro ita saeuuisse librariorum ut 'os' reponerent, sat constat: cf. praef. ad Tibullum p. XXI not. — deinde tractat Herculis Oetaei u. 321, qui in *E* est talis:

angor. in istos terra consurget lares.

quod lectionis monstrum interpolati codices magis deprauatum exhibent. et cum flagitetur quo 'terra' illa accuratius definiatur, Leo 'Graiorum' uerum esse sibi persuasit; quod ut futiliter reiciant factitandae criticae periti, cum praesertim uerum multo facilius adsequi licuerit ita 'Argina in istos terra.' — tum ibid. 369 sqq.

Arcadia nempe uirgo Palladios choros  
dum uectit Ange, uim stupri passa excidit  
nullamque amoris retinet Herculei notam

non intellexit Zoilus noster ante omnia secundum usum linguae Latinae corrigendum esse mutata simul interpunctione 'uim stupri passa: excidit' eqs; nam 'est' nullo negotio suppletur. libri *E* autem scripturam 'retinet Herculis notam' iste uitio metrico ita purgaturus

est 'nullamque amoris Hercules retinet notam', quod de heroe amicae inmemore uult accipi. uellem felix iste ueri erutor exemplis optinuisset, 'uota' idem esse atque 'memoria'. taceo de coniecturae uolentia; nam hic quoque discrepantia familiarum *A* ('herculei') et *E* ('herculis') prouenit ex archetypi saeculo fere tertio exarati lectione 'herculii', quam recte in *A* sanauit interpolator. quodsi uerba illa de Telephi matre non sat apte sunt dicta, quanto praestabat reponere 'excidit pullamque amoris retinet Herculei notam', id est, triste monumentum. — sed in eodem inter Deianiram et nutricem dialogo tractando — placet enim iterum paulisper a uia recedere — Lachmanni iste sectator (quamquam Lachmannum ipsum tales sectatores deprecaturum quam maxime fuisse credo) iusigne amicis fautoribusque adulaudi documentum exhibuit. leguntur uu. 385 sqq.:

sic nostra longum forma percurrens iter  
deperdit aliquid semper et fulget minus  
nec illa Venus est: quidquid in nobis fuit  
olim petitum, cecidit.

iam familiae *A* interpolator uerba 'nec illa Venus est' non tolerauit, sed more solito meras nugae dedit. adnotat Leo p. 195: 'hoc ulcus Kiesslingius sanauit emendatione, quam non iu rectis tantum, sed in elegantissimis recensco, quae in hoc poeta factae sunt. scribit enim: *A*aec illa Venus est: quidquid in nobis fuit eqs.' mihi, cui elegantiae programmatarii istius Gryphiswaldensis omnino sunt suspectissimae, hic quoque longe secus uidetur; et nescio an ceteris quoque eueniat, ut quod ali cibus est aliis fuit acre uenenum. nam totius loci colorem qui recte perspexerit, ei multo magis conuenire uidebitur id quod ego dudum adnotaueram 'nec illa uetus est'. — denique, ut pagg. 2 et 3 percensendi munere perfungar, Phaedr. 649

intimis ferit ferus

uisceribus ignis mersus

(sic enim siue interpolatione iu *A* recepta tradit *E*) uerum non restituitur recepto Gronouii inuento 'saeuit', sed leniore multo emendatione 'feruit', quam iu editione nouissima Lipsiensi suppedi-tauit Peiperus.

Satis dictum esse puto de obtrectatoris nostri nouissimi iudicio et artis criticae peritia. sed antequam hominem mitto, ostendam quibus ille artificii utatur ad aduersarios impugnandos. agit pagg. 214 sqq. de uoculae 'a-t' apud poetas latinos usu, miris modis rem claram trahens atque disturbans. nam eam particulam, quae maxime in persona personisue ab eis de quibus antea agitur diuersis intro-

ducendis adhibetur, sua sponte intellegitur plerumque usu venire in formulis quae sunt 'ast ego, ast hic, ast ille' similibusque, rarius sequi nomina substantiua uel adiectiua. iam noua atque inaudita proferendi cupiditas audi quo inimicum nostrum adduxerit. hoc enim magna uoce proclamat 'paucissimi loci extant, in quibus particula ista nomina substantiua uel adiectiua antecedit: duo apud Vergilium (Aen. X 173; XI 293) unus apud Horatium (serm. II 8, 6) duo tresue apud Valerium (IV 407; VI 197; VI 332 loco non iniuria uiris doctis pridem suspecto). his ultimis autem uerbis notam subiicit hanc 'uides quam peruersum sit quod ad III 430 Aemilius Baehrens adnotat: malim *ast Argoa manus*'. nescis utrum Leonem stultius an fraudulentius haec dicere contendas. nam (ut paulisper istius rationem accipiamus) si duobus Valerii locis certis constat, hunc poetam id quod est 'ast' etiam ante nomina posuisse substantiua aut adiectiua, ante haec aliis quoque locis flagitante (ut III 430) sententia particulam istam optimo iure licebit restituere. sed enim Leo horum duorum locorum certorum per dolum malum subito quasi inmemor notam suam adiungit tertio loco ob causas longe alias addubitato, quasi habiturus lectores per disputationem specie subtilissimam imponi sibi patientes nec praes nonae sapientiae gaudio accuratius quid rei sit intuentes. dicam autem quod sentio: istiusmodi observationes infructuosae omnino nihilque profuturæ sunt. quippe in ea uoce, quae propterea, quod uocabula a uocalibus incipientia multo sunt pauciora quam a consonantibus inchoantia, non ita saepe inuenitur, paruus exemplorum numerus nihil comprobatur. et, quod summum est, idem in 'at' particula accidisse demonstrari nequit. itaque prudens harum quaestionum arbiter non dicet nisi hoc (quod iam atui nostri non nescierunt), poetas Romanos (nam priscorum in uocula 'ast' usus nihil ad rem) 'at' ante consonas, 'ast' ante uocales peraeque posuisse. — tandem ualedicam inimico nostro. si mihi res esset cum adolescentulo per solum aetatis feruorem praecipere dato, in memoriam ei reuocarem Catullianum illud 'nimis idem omnes fallimur' eqs; nunc autem Leoni similibusque similibus Lachmannianis sum auctor, ut, antequam procaciter impudenterque adlatrent uiros omnium sincerorum intellegentiumque doctorum opinione optime de his litteris meritos, ipsi aliquid praestent quod non amicorum fautorumque sed integrorum prudentiumque iudicum assensum ferat.

Aegre inuitusque in arenam et ad pugnam descendi. sed quid facerem? nam — ut meos faciam Ennii versus dulcissimos apud

Gellium VI 17 seruatos, sed neque olim neque nuper recte temptatos —

nam uirum uera uirtute uiuere animatum addecet  
fortiterque innoxium obstare aduersum aduersarios.  
ei libertas est, qui pectus purum et firmum gestitat;  
alii nero obnoxiose nocte in obscura latent.

Hanc autem librum, quamquam inuenturum inimicos multos multosque, quibus ab uno uiro tantam coniecturarum molem accipere prope iniuria suae ipsorum uirtutis esse uideatur, securo tamen animo emitto; nondum enim plane euauerunt ei philologi, qui a saeculi labe immunes unicaeque ueritati indagandae dediti aliorum bonis inuentis ita fruuntur laeti, ut de eis, in quibus illi lactantes ad ueritatem non emeruerunt humane indicent.

Scripti Groningae m. Iunio a. MDCCCLXXVIII.

---



AD FRAGMENTA POETARUM ROMANORUM.

---

M. Terentii Varronis Reatini saturae Menippeae, cui titulus est Papiapapae siue *περι ἐγκωμίων*, consilium institutumque uel ex laceris quae aetatem tulerunt reliquiis coniectare licet: falsas nimirum laudationes qua publicas qua priuatas castigare atque perstringere in animo erat. ueluti poeta nescioquis in epithalamio quodam puellae ueneres uerbis nimis magnificis extulerat. cuius descriptionem dum imitatur Varro, uerbis delicatulis depingit bellam aliquam nouam nuptam. ad quam picturam pertinent fragmenta I—V in sylloga Riesiana. ex quibus primum etiam post praeclaras Scaligeri aliorumque curas difficultatibus aliquot sat grauibus laborat. sic autem, nisi me fallit opinio, uersus ultimi pristinum nitorem recipient:

oculi suppaetuli nigellis pupulis

a! quam hilaritatem significantes *annunt!*

traditur autem in Nonii libris 'oculis supetulis nigellis populi quam hilaritatem significantes animi': uersum priorem ex Buecheleri, alterum ex mea emendatione dedi. fragmenti autem quinti sic restituendi extiterim auctor:

collum procerum, fictum leui marmore,

regillai tunicai definitur purpura.

nam codices 'regillam tunicam' solita priscae genetiui formae corruptione habent. sed inmani poetae istius praedicationi suum Varro calculum subicere uidetur fragmenti octaui uerbis his 'imperito nonnumquam conca uidetur margarita, uitrum smaragdus'. et similiter

alia multa uexauit irrisitque. sed ut haud pauca eiusdem saturae fragmenta quo sint referenda nunc dispicere non possumus, ita obscurum est fragm. XI:

ille ales gallus, qui suscitabat Atticarum Musarum scriptores, an hic qui gregem rabularum?

de quo paulo fusius sum disputaturus. apparet autem sententiam non constare, nisi Varronem in 'gallus' et 'Gallus' uocabulis lusisse sumimus; nam de hominibus agi manifestum est. et uehementer uocabuli illius ambiguitas Romanis placuit: cf. Cicero in Pisou. § 67 'ubi galli cantum audiuit, auum suum reuixisse putat', Seueca apocol. 7 'gallum in sono sterquiluio plurimum posse' (uidendus ibi Baecheleus), Suetonius Ner. 45 'gallos enim cantando excitasse'. itaque de duobus Gallis uerba illa dicta sunt. quos poetas fuisse cum additum illud 'ales', tum uero Musarum quae sequitur commemoratio demonstrat. eorum igitur alter galli galliuae dormientes ex somno suscitantis instar ex longa obliuione, ut nunc quidem legitur, Atticarum Musarum scriptores suscitabat, scilicet quorum studium commendaret popularibus suis. et haec quidem in uniuersum satis aperta puto; illud difficillimum est dictu quinam sint Atticarum Musarum scriptores a Gallo aliquo poeta suscitati. ex quo eum tempore Romani poetice auspiciari coeperant, ad Atticorum scriptorum exemplum uormamque plerique sese derexerunt, ut satis docent Liuii Audronici, Naeuii, Euii aliorumque scripta. sed quid plura ad impugnandum illud 'Atticarum', ipsi Noui codices cum praebeant 'aitharum'? ex quo Popma scilicet prauam illam lectionem uulgatam extudit. non poteris autem corruptelam tollere, nisi de eis qui a Varro laudantur poetis tibi constabit. iam quod alter ille Gallus dicitur ad rabularum gregem pertiuisse, indicium ueri continere mihi uidetur. ut eum statim id quod sentio aperiam: Valerii cuiusdam, Galli poetae, mentionem aliquis iniecerat. ex quo quaesiuit alter:

ille ales Gallus, qui suscitabat Aithioparum Musarum scriptores, an hic qui ad gregem rabularum —?

tribus igitur litteralis iusertis ex 'aitharum' fecimus 'Aithioparum'; contemptim enim hoc uocabulo Aegyptias Musas designaturus Varro utitur, quemadmodum etiam Horatius od. III 6, 14; de forma adiectiui cf. Lucilius III 9 'rhinoceros uelut Aethiopus'. porro pro 'quia' (sic enim Noui codd.) reposui 'qui ad', ut 'pertinet' siue a Varro ipso siue potius a grammatico excerpte librariisue describentibus omissum mente suppleendum sit. iam si loci hoc modo

restituti sententiam inquiris, opponuntur inter se duo Galli, Cains Valerius Catullus tamquam dux et signifer eorum poetarum Latinorum, qui Alexandrinorum maximeque Callimachi nestigiis institerunt, et Valerius Cato grammaticus idemque uates nobilissimus, qui, propterea quod tempore Sullaio patrimonio exutus libellum, cui iuscriptum erat 'Indignatio', emiserat, a Varrone rabularum gregi adnumeratus est.

Vides uerbis istis Catullum studiorumque socios a Varrone irrideri. neque id mirum, cum hic nou minus quam Cicero a poetis nouel-  
lis mente abhorruerit. errant autem qui Varronem Catullum, ut saue aequalium plerosque, numquam commemorauisse autnaut. nam cum in libro de lingua latina [VII 50; p. 140 ed. O. Mueller] haec legantur: 'Vesperugo stella quae uespere oritur, a quo eum Opilio scribit Vesperum; itaque dicitur alterum: Vesper adest', Alexander Riese in musei Rhenani vol. XXI p. 499 intellexit carminis Catulliani sexagesimi secundi initium laudari. hinc Schwabius [Fleckeis. ann. a. 1870 p. 351] uocem aperte corruptam 'alterum' sauare studuit scribendo 'itaque dicit Valerius'. potnit leniore medela uti. nam si restitueris, ut feci ego in Catulli editione [p. 55], 'itaque dicitur apualerium', id est, 'apud Valerium', causa erroris tibi in propatno erit, uempe librarium a priore littera 'a' ad alteram aberrasse indeque ex 'alerium' necessario 'alterum' factum esse. recte autem Varro scribit 'dicitur apud Valerium': nam uerba adlata apud Catullum puellarum chorus loquitur.

---

De Publili Syri sententiis nuperrime egregie meruit Guilelmus Meyerus eo libello, cui inscripsit 'die Sammlungen der Spruchverse des P. S.' (Lipsiae 1877). in cuius libri censura actis litterariis Ienensibus eiusdem anni inserta, quo modo nonae sententiae ab illo primum prolatae mihi emendandae uiderentur, significaui; nunc de ueteribus et pridem cognitis pauca proferam. permouit enim me Meyeri opusculum ut anno superiore iterum Loudiuii moratus aliquot dies impenderem perlustrandis et musei Britannici et bibliothecae Lambethanae codicibus Syri collectionem continentibus. eius autem familiae, quae sententias cum prouerbis prosariis mixtas Seuecae attribuit, exemplar bonum repperi in codice Regio 12. C. I saec. XI—XII fol. 88—96, qui desinit in prouerbio 119 (Woelff.); cum quo uel in miuimis consentit Regius 7. A. III saec. XII (fol. 113

—118). hi libri (quorum priorem accurate contuli) etsi idem fere atque ceteri eiusdem familiae codices exhibent, nou tamen sunt neglegendi ad huius formam primariam restituendam. eius generis codices, quales descripsit Meyerus pp. 21 *sqq.*, duos inueni, Harleianum 2745 saec. XIV—XV et Addit. 16608 saec. XIV. qui licet intermixti sint alienis multis (maxime ex Caecilio Balbo, quem uocant, petitis), propterea tamen quod ex collectionis Frisingensis exemplari integro fluxerunt summi sunt pretii atque haud raro egregias lectiones soli seruaerunt. ueluti in sententia 30:

anus cum ludit, morti delicias facit,

quam equidem non plane conoquo, Harleianus tradit 'animus', unde elicias: 'animus cum ludit, menti delicias facit'. in sent. 100 sensum idoneum uou praebente:

conscientia animi nullas inuenit linguae preces  
idem Harleianus exhibet 'constanciam amici nullius flectunt linguae preces'; ex quo euadit uera gnome aut haec 'constantiam animi non flectunt linguae preces' aut altera similia. — et multo certe melius quam uulgata se habet Harleiani in u. 42 lectio haec:

amicum an uomine habeas, aperit calamitas.

nam ceteri codd. 'nomen' praebent. et saepius, nisi fallor, uou sine fructu ille (ut et Addit. 16608) ab editore aliquo futuro in usum uocabitur. ceteri autem codices Londinienses (musei Britannici Harleianus 103 saec. XIV—XV, fol. 81—84; Cotton. Vesp. B. XIII saec. XIII fol. 127—129; Lambethani 271 saec. XIII fol. 2 et 550 saec. XIII fol. 21—23) nullius omnino pretii sunt.

His missis temptabo, num Syri sententiis ex coniectura possim aliquam opem ferre. — u. 105:

exuli ubi nusquam domus est, sine sepulcro est mortuus  
alii aliter, ego hoc modo succurrere mihi uidcor: 'exuli quia uisquam' eqs. — 288:

inimico extineto exitium lacrimae uou habent

uocem 'exitium' recte adnotauit Ribbeckius sana ratione defendi non posse. ipse coniecit 'pretium' uel 'causam', Buechelcrus 'non habent lacrimae fidem'. mihi certum est Syrum delisse hanc gnomen: 'inimico extineto uitium lacrimae uou habent': inimico uiuo ut fortiter obniti debet uir uerns, ita eidem mortuo lacrimas dare eiusque merita candide agnoscere uou dedecet. nescio an Publilius respexerit ad Caesarem uiso Pompei extincti corpore in lacrimas prorumpentem. — 501:

quamuis non rectum, quod adiuuat, reetum putes.

Gruterus 'quod iuuat', Woelfflinus obscurius paulo 'quoad iuuat' scripserunt. uerum puto 'quom̄ adiuuat'. — 532:

quae uult uideri bella nimium illi negat.

sic codex sine sensu. Gruterus 'nimis, uulli uegat', Nauckius 'nimis, nulli placet' proposuere. et 'placet' sine dubio egregie repertum est, cetera sic constitue: 'quae uult nideri bella nimium, *nil* placet'. — 552:

qui pote nocere, timetur cum etiam non adest.

'adest' non satis quadrat in sententiam; et Gruterus 'nocet' praetulit. puto 'cum etiam non *obest*'. — 632:

unus deus poenam affert, quam multi cogitant.

optime Gruterus 'dies' emendauit, reliqua sic emacula 'quam multi *erigant*'. eiusmodi poenam, ut inde a longo tempore exigatur, tandem unus dies certus adfert. — 635:

ubi sis cum tuis et absis, patriam desideres.

'non' post 'patriam' addidit Bothius, pro 'absis' Buechelerus 'bene sis' coniecit. praeplacet: 'ubi sis cum tuis et *sat sit*, patriam *haud* (sive *haui*) desideres'. — 655:

contra hostem aut fortem oportet esse aut simplicem.

ita Frisingensis, Monaceusis 'esse oportet aut supplicem'; et 'supplicem' nunc editores recipiunt, minus recte ut puto. nemo eum contra hostem, sed hosti supplex est; nemo aut fortem aut supplicem se gerit, sed tam cum frustra a fortitudine auxilium petiit ad preces descendit. lege 'contra hostem aut fortem oportet esse aut *duplicem*', id est, dolosum, uersutum. hoc uocabulum monachis insuetum nou mirum est in uno codice iu 'simplicem', in altero in 'supplicem' mutatum esse.

Poetae incerti fragmentum uou uno nomine memorabile seruauit nobis Hyginus iu fabula CLXXVII, quae agit de Callisto: 'Tethys enim Oceani uxor nutrix Inuouis prohibet eam in oceanum occidere. [hic ergo septentrio maior.] de qua in creticis uersibus:

tnque Lycaoniae mutatae semine nymphae,  
quam gelido raptam de uertice Nonacrinae  
oceano prohibet semper se tinguere Tethys,  
ausa suae quia sit quondam succumbere alumnae'.

quos uersus qui fecit, eum fuisse in eorum poetarum nouellorum numero, qui sub finem liberae reipublicae extiterunt quique a Cicero inrideute cautores Euphorionis uocitabantur, mihi sat constat.

non premo *σπονδαῖς ἑώρα*; sed Catulli memoriam utique pronocat totus horum uersuum color. et nescio an is qui Cirin epyllion composuit, ut ex ceteris eius aevi uatibus flores collegit, ita uersum fragmenti nostri quartum ob oculos habuerit, cum u. 83 scriberet *'ausa quod est mulier numen fraudare deorum'*. num poetae nomen aliquando ernatur nescio; sed scio ubi idem lateat. nam 'cretici uersus' quia non sunt nisi qui in Creta insula et fiunt et canuntur, ideo docti multi excogitanere quod substituerent molestis illis 'creticis uersibus'; ueluti Barthius 'Arateis', Bernhardyus 'eratothenicis', M. Schmidtins 'eroticis', denique Rob. Vngerus (teste Rhesio in Varron. sat. Menipp. fragm. p. 261) 'Argonauticis Varronis'. uerum enim uero nihil impedit quominus Catulli aequalis nescioquis Alexandrinum aliquem poetam secutus uarios mythos ad Cretam pertinentes in unum quasi cyclum collegisse eique syllogae titulum Creticorum imposuisse putetur. itaque 'in Creticis' mihi quidem sine offensione est, corruptio autem loci aperta in addito 'uersibus' sedem habere uidetur. pro quo si olim nomen auctoris legebatur scribae incognitum, facile intellegimus quomodo hoc in 'uersibus' potuerit abire, quippe quod ad illud 'in creticis' itidem obscurum adiciendum putauerit librarii simplicitas. itaque scribamus 'in Creticis +uersibus+'. et fortasse aut felix diuinatio aut noua fragmenta ex bibliothecarum tenebris protracta aliquando lucem affudent inexpectatam. mihi uiam monstrasse sufficit; tutiusque credo abstinere hariolationibus, ubi certa, ut nunc sunt res, indagari nequeunt. erat autem cum mihimet ipse ualde placerem ad haec Cretica referens uersus scriptoris incerti apud Charisium (p. 287, 4) extantes:

Luna, denn quae sola uides periuris ungli,  
seu Cretaea magis sen tu Dictynna uocaris.

in quibus 'magis' non potest retineri, nisi pro 'a magis' accipis. sed enim haec coniectura quam lubrica esset fallaxque, mox perspexi. quamquam Catulli aetate eorum auctorem uixisse, non ita dubium est; nam ad hos quoque uersus eum qui Cirin scripsit respexisse u. 305, non inepte statues. — nondum Creticorum fragmentum mittere licet, utpote cuius uersus primus flagitet auxilium. post aliorum autem consamina uana Schefferus 'tuque Lycaonio mutata e semine nympha' temptauit, felix ille in uerbis 'Lycaonio e semine' et in uocatio utique necessario 'nympha' (nisi quod lenius multo erat formam graecam 'nymphē' restituere), infelix uero in retinendo illo 'mutata'; nec enim Callisto, quae est semen Lycaonium, ex hoc mutatur. corrige: 'tuque Lycaonio *prognata* e semine nymphē'.

Ex carmine epico a L. Vario confecto et 'de morte Caesaris' inscripto uersus nonnullos Macrobius Saturnaliis suis inseruit. in quorum libri sexti capitis secundi § 20 quod legitur fragmentum sic uitiis nonnullis, quibus in nuperrima quoque Eyssenhardtii editione commaculatnm est, purgauerim:

ceu canis umbrosam lustrans Gortynia uallem,  
 si ceteris possit ceruae comprehendere lustra,  
 saeuit in absentem et circum nestigia, *latrans*  
 aethera per nitidum, tennes sectatur odores.  
 non amnes illam medii, non ardna tardant,  
 perdita nec serae meminit decedere morti.

uersu secundo 'si ueteris' codd., quod bene correxerunt Wakefieldus et Weichertus; deinde eidem 'potuit' praeue exhibent, cum non res iam facta sed facienda designetur. itaque 'possit' scripsi; quamquam 'pote sit' fortasse praestat. praeterea nescio an rectius scribatur 'deprendere lustra'; nam 'comprehendere' melius de ipsa cerua adhibetur quam de eius lustris. nersu tertio in libris habetur 'circum uestigia lustrans', quod ortum est ex uersibus praecedentibus: '*latrans*' uere emendauit Vlitius. secutus autem snm Weichertum uerba '*latrans aethera per nitidum*' commatis includentem, licet canis illa *per* caelum *latrans* (expectes potius: caelum *latrans* implens) non mihi soli, ut puto, nauseam moueat. et idem Vlitius '*aera per nitidum*' coniecit; cuius suspicionem sic amplectendam censeo ut reponamus 'circum uestigia *latrans aera per liquidum tennes* sectatur odores' (nam '*nitidum*' admodum languet). quam uocabulorum '*aer*' et '*aether*' confusionem notissimam nono libet inlustrare exemplo. P. Annii Flori opusculi, cui titulus est 'Vergilius orator an poeta', hoc est initium secundum codicem Bruxellensem: 'capienti mihi in templo et saucinm nigilia caput plurimarum arborum amoenitate, euriporum frigore, aeris libertate recreanti obniam subito quidam fuere'. et primis quidem uerbis integritatem reddidit Schopenus 'capienti mihi quietem in templo' reponens; idemque '*aeris libertatem*' nullam esse sensit quidem, sed cum coniceret '*aeris salubritate*' uerum non adsecutus est. emendandum potius '*aetheris libertate*'; sic enim Quintilianus X 3,23 '*illa caeli libertas locorumque amoenitas*'. et alibi '*caelum liberum*' legitur. hoc nos hodie '*aera liberum*' uocamus.

Snei carminum reliquias nuper collegit emendauitque ex parte Lucians Muellerus Lucilii sui pagg. 311—14. et Annalinm (his enim fragmenta duo sine libri nomine tradita, quae agmen apud Muellerum incipiunt, iure suo iudicasse puto Ribbeckium musei Rhenani uol. XXVII p. 182) uersus alter, qui in Macrobbii codicibus talis legitur 'uolucrumque uolatile telum', sanus esse nullo pacto potest: nam teste Macrobio 'uolatile telum' pro 'sagitta' dictum est. hinc corrige: 'uolucrumque uolatile telum'.

Moreti autem fragmentum paulo longius pauci, credo, sic a Muellero pertractatum censebunt, ut nihil quod addas supersit. mihi uero ita ille operis summa infelix uidetur, ut non superfluum existentem, totum locum secundum meam recensionem hic adponere; unde facile quibus lubido est possunt Muelleri et nostram operam inter se comparare:

admisceat bacas nucis. haec nux *Pontica* partim,  
 partim *Persica*; quod nomen si de nuce fertur,  
 propterea, quod qui quondam cum rege potenti,  
 nomine Alexandro Magno, fera praelia belli  
 in Persas tetulere, suo post inde reuoluto  
 hoc genus arboris in prolatis finibus Graecis  
 disseuere nouos fructus popularibus dantes:  
 mollusca haec nux est, nequis forte inacius erret.

'prolatis' et 'disseuere' Ribbeckius inmerito hic a Muellero spreto snppeditauit.

In Pullorum denique frustulo primo, quod ita habent Nonii codices 'sic incedunt et in labellis morsicatum lusitant', columbarum fieri mentionem sane in propatulo est, uerba ipsa multae dubitationi obnoxia sunt. nam neque 'sic' neque uero 'incedunt' perspicuum habet sententiam; unde parum profecit Muellerus metri gratia 'in' delens. lege 'se incedunt, et in labellis morsicatum lusitant'. nam 'incidere aliquem' pro 'in aliquem' uel 'alicui' latine potest dici.



## § - AD QUINTUM CICERONEM.

---

Sicci sobriique hominis ieiunum languidumque opusculum, propter argumeuti tamen grauitatem minime illud contemendum, in hoc capite sum tractaturus: commentariolum dico petitionis a Q. Tullio Cicerone conscribillum. neque enim iure suo A. Eussuerum in progr. gymu. Virceburgensis a. 1872 Quintum auctorem in dubitationem uocasse ceuseo. qua de re accuratius expouere nunc quidem uou est animus: ad potiora propero. edidit uerper commentariolum uir elegans, Franciscus Buechelerus, in libro cui inscripsit: 'Quinti Ciceronis reliquiae' [Lipsiae 1869], innixus cum maxime codici Berolinensi [ms. lat. fol. 252] saeculi aut nndecimi exeuntis aut certe ineuntis duodecimi. prae hoc enim ceteros quos uouit libros mss. saeculi decimi quinti foede et deprauatos et interpolatos sordere intellexit. uesciit nimirum, superesse alterum codicem Berolinensi et aetate et bouitate praestautem, Harleianum 2682 saeculo XI ineunte exaratum, de quo uuperrime dixit Franciscus Ruehlius musci Rheuaui uol. XXX p. 26 sq. huuc librum, cum a. 1875 Londinii uersarer, ipse euolui et commentariolum, quod optinet fol. 53<sup>r</sup> — 57<sup>r</sup>, quam accuratissime contuli. tot autem in uitiis *B* (ita abhinc significabo Berolineusem) et *H* (quod esto siglum Harleiaui) iuter se mirifice consentiunt ut unum eorum archetypum fuisse uullus dubitem; *H* autem huius apographon multo fidelius quam *B* esse facile apparebit uarias lectiones infra enotatas percensenti. neque ex *B* (id quod Buechelerus, qui tum erat rerum status, putauit), sed ex *H* fluxisse

codices nouicios iam apertum est. cuius libri egregii conlationem exhibiturus, ut breuis sim superfluaque promere parcam, ita rem instituiam ut tantummodo quibus locis *H* a *B* differat indicem. ubicumque igitur nihil adnotatum inuenies, *H* plane eadem habere, quae in codicis Berolinensis discrepantia ex hoc adtulit Buechelerus, sumas; idque locum habet etiam in rebus minimis, ut in re orthographica, in qua *H* minime sibi ubiuis constat. inscriptio autem est haec: 'Incip̄. cōmentariū consui petitionis feliciter. I QUINTUS M. FR. sat. dic.'

pag. 26 editionis Buechelerianae, lin. 2; 'dies et noctes de petitione' — 3 'addiscere s; ut' [semper fere 's; = set' *H* exhibet] — 7 'descendenti' habet — 12 'quicquid', sed 'quic' supra lineam additum — 15 'sotio esse'

pag. 27, 1 'omnib;' — 2 'fere [sic] equestrum' — 3 'elegia = conlegia' — 7 'que debent' — 12 'adlegendum' — 13 'est persuadendumque est his' — 14 'pupularis'

p. 28, 1 'GN' — 2 'possit' — 3, 4 'adolescentis nobilis', supra utroque 'is' scripto 't es' — 4 'studiosos' — 5 'adferrent' — 8 'putant' suprascripto a m. 1 'e' — 9 'illis' habet

p. 29, 1 'sint' — 2 'Antonius et Catilina' — 'homini' habet — 3 'ap̄ = aput' — 4 'compeditores ambo apuericia' — 11 'machimis' — 'petitione' habet — 'caupaloces', suprascripto a m. 1 't caupones'.

p. 30, 5 'sorore', supra 'e' a m. 1 'um' scripto — 7 'aditus in equitibus R.' habet — 8 'memini gallis q̄ <sup>mas</sup> <sub>i</sub> <sub>≡</sub> <sub>≡</sub> [q' cum lin. transversa] tū titimorum ac nann<sup>1</sup>ora', 'i' supra 'q' a m. 2, ut uid., addito; in ras. uid. fuisse 'm' —

p. 31, 1 'catilina' — 2 'optimumq; caucilium' — 5 'Karissimum. p. r.' — 10 'fluxerunt' — alterum 'eum' omittit — 13 'nequitia' habet

p. 32, 1 'suspicionem' — 'curiose tannios' — 2 'pompolios', 't' suprascr. a m. 1 — 3 'uittias' — 'audatiae' — 4 'nequitiae' habet — 5 'constuprarit' habet — 7 'praetermitt.' habet

p. 33, 2 'fuerunt' habet — 10 'coelius' habet [non lin. 6]

p. 34, 5 'uitiis' habet — 8 'possis' — 9 'petitionis' habet — 10 'quin' habet — 13 'ceteris' — 15 'sis adeptus sis'

p. 35, 1 'iuncti' — 6 'circumspecto', suprascr. a m. 1 'icito' — 'GN. Pompei' — 14 'iucunditate' habet

p. 36, 2 'qui' habet — 3 'uentitet [sic] is in amicorum numero'

— 5 'fucundum' habet — 6 'ut quisquis est' — 8 'est tum' habet — 10 'a' et 'Deinde'

p. 37, 2 'suffragandi s̄t [= sunt] studia' — 3 'adferant' — 5 'tribunatum' — 6 'beneficium aut ut habeant sperent', iterum snprascr. a m. 1 'ut habeant' — 7 'eos prorsus'

p. 38, 1 (opere) 'laborant' sed 'r' litterae forma maiore — 'a' — 3 'ex illo' — 5 'sicuti' — 7 ut *B*, nisi quod 'chociui'

p. 39, 1 'deferundis'

p. 40, 1 'est' habet — 3 'intellegant' — 'ad illud tempus', suprascr. a m. 1 'aliud' — 2 'quemadmodūmemini nemini illorum' [sic]

p. 41, 1 'intellegant' — 2 'rebus homines maxime' — 7 'fuisti ≡', eras. 's' — 8 'intellegant' — 12 'tene, tr' — 15 'intellegant' — 16 'ab quoque proficiscatur. Tercium id'

p. 42, 3 'amitiicia' — 5 'scias & quem' — 6 'a q. exspectes — 'postulas', suprascr. 'e' — 10 'hominum' habet — 11 'a q. exspectes' — 14 'ut' omittit [cetera ut *B*]

p. 43, 1 'alioquo' — 2 'amicitiis' habet — 3 'petitione' — 4 'comparantur' habet — 'ceteris', — 6 'inimicitiam quibus si cū' — 7 'alio' habet — 'post uidere' extant uerba lin. 9 'ego — ueminem', sed punctis deleta — 'petitione' habet — 12 'intellegat' — 13 'magni ≡ estimare', eras. 's'

p. 44, 2 'quid hoc' — 4 'adferat uti' — 5 'contempnenda' — 8 'amitiicium' — 13 'infamis', supra 'is' scripto 'a' [sic] — 14 'estimatione', snprascr. 'xi' — 15 'neglegentiae'

p. 45, 1 'ceterorum' — 5 'adlegato' — 7 'amitiicium'

p. 46, 4 'paciare' — 6 'adpetas' — 8 'sunt' — 'ate' — 10 'municipales' habet — 11 'si nomine uobis noti' — 'se esse' — 12 'praesidia alii quid' — 13 'ceteri'

p. 47, 4 'ambicionem' — 'ap̄t' [sic] — 5 'studiosios' — 'ceteros' — 6 'ap̄t' — 7 'clegii'

p. 48, 4 'apeti' — 'adnl.' — 4 'sequuntur ('e' supra 'n' scr.) illi', omissio 'autem' — 5 'adhibebitur' — 6 'e ≡ as cent.', eras. 't' — 7 'adul.' — 8 'obediendo' — 'adsectando' — 'nunt.' habet — 9 'sunt' habet — 'adsect.' — 11 'ut arenam'

p. 49, 3 'tertia adsect.' — 6 'uenient' supra linea — 7 'renun-

tient' habet — 's<sup>o</sup>pe' — 10 'deserunt ceteros monntatim' — 11 'teneo' — 14 'adfirmes' — 16 'amicus esse nullo' — 17 'esse' omittit — 'nt et quantum'

p. 50, 1 'potuit' — 3 'Tertia' habet — 'ad spectatorm' — 4 'intellegant' — 6 'exigitnr', ita — 7 'negotinm' habet — 8 constitunt' — 11 'a te defensi', sed 's' ex 'd' correctum — 13 'honestatem alii' — 14 'fortunis', 'a' suprascr. — 'futurum sit ubi'

p. 51, 2 'oratio' — 3 canendus sit praetermittendū — 8 uox graeca sine accentu et spiritu — 9 'teneo' — 13 'tertium' habet

p. 52, 2 'ad spem' — 7 'amicitias' habet — 13 'in rē.p.' — 14 'melius' habet — 15 'Nilhil' — 18 'negotio' habet [ceterum ut B]

p. 53, 3 'uitiosa' habet et 4 'petitione' — 4 'ad sectando', snpra 'ctando' scripto 'tatio' — 5 'amiciciorem' — 7 'conuenerit', 'o' ex 'u' corr. — 11 'Romae aut in' — 13 'su abste', 'u' deleto et 'i' supra-scripto. 'sn' in fine lineae

p. 54, 3 'grata' ita — 6 'diurni nocturnique' habet — 7 'anima', snpraser. 'i' — 8 'ac', suprascr. 'f ab' [quae uaria lectio pertinere ad id quod in B H legitur 'additam' uidetur]

p. 55, 1 'tum tuam' — 'iuc.', ita — 3 'honeste', suprascr. a. m. 1 'f honestū ē' — 'non' omittit — 4 'est' omittit — 7 'te id rebns' — 11 'ipso' supra lin.

p. 56, 1 'aliquod', ita — 2 'adfuturum' — 'eque disc.' — 3 'ccircio' — 4 'negotiis', ita — 5 'aut aut aute' — 8 'ap' — 15 'mendatum'

p. 57, 4 'ut' omittit — 'quam umeris (um<sup>o</sup>is) continuo' — 6 'hi quem', ita — 8 'a' — 'haec in haec in' — 9 'hoc sequor' habet — 11 'aliquod' — 12 'negotiis', ita — 14 'amiciciores' — 16 'opinio sermone' — 17 'cendum', 'dum' supra lin. scripto

p. 58, 1 'studia laus' — 2 'adul.' — 7 'omniūm' [sic] — 'adsis satisfat'

p. 59, 3 'ornando' habet — 'rcip.' — 4 'splendorum', suprascr. 'didorum' — 6 'summam' habet — 7 'rationis', suprascr. 'e' — asequi — 'ill. & spendida', suprascr. 'ut' — 10 'signae poscit'

p. 60, 4 'r.p. capessensa' — 7 'equites .r. ('r' litterae forma maiore) et' — 8 'octii' — 9 'tū taxat' — 'a'

p. 61, 5 'uitia', ita — 'arrogantia (ex 'argontia' corr.) contumacia multorm multorum maliu.' — 7 subia' (per 'b' lin. transuersa) —

'odia' — 'proferenda' — 9 'nitiis', ita — 12 alterum 'etiam' habet  
p. 62, 3 'uitiosa', ita — 5 'intellegas' — 6 'Fac't' — 14 'renun-  
tiant', ita

p. 63, 2 'discriminans' habet — 3 'metum' supra lin. — 'aliqua  
coerc.' habet — 4 'fit', supra 't' scripto 'at' — 7 'scripta ita sunt'  
— 8 'omnis' — 'ad te petant proprie' — 9 'tnam' supra lin. — 'tu'  
et 'esse' omittit — 11 'commentariolum' habet. subscriptione caret *II*.

Codicis Harleiani ope quot locis commentarioli textus possit uere  
emendari, intenti lectores facile deprehendent ipsi: mihi nunc pro-  
positum est disserere de eis locis qui iam in archetypo corrupti  
legebantur quique etiam nuperrimorum editorum acumine nondum  
sanati sunt. \*)

I § 4 *i rogandi omnes sunt diligenter et ad eos allegandum est persua-  
dendumque is, nos semper cum optimatibus de re publica sensisse.* legunt  
*B II* 'hic rogandi', unde 'hice' eruo. porro 'allegandum' ('adleg.' *II*)  
quidem recte in 'allegandum' mutabant Itali, sed 'ad eos' stare non  
potest. nam 'adlegare ad aliquem' est 'legatum ad aliquem mittere';  
id quod hic flagitatur 'apud aliquem aliquid in defensionem  
gratiamque alicuius proferre' latine dicitur 'alicui aliquid adlegare'.  
lege 'et adeo adlegandum'; cf. VI 21 'rogandi sunt atque etiam in  
hanc opinionem adducendi'. denique cum libris nouiciis secundum  
Harleiani nestigium reponere 'adlegandum persuadendumque est his';  
nam 'est' eo dittographiae genere, quod in illustrati praefationis ad  
XII Panegyricos Latinos p. XIV sq., praue bis exaratum est.

I § 8 *ex senatu eicetum scimus optima nero censorum existimatione.*  
lege 'uerorum censorum'.

III § 10 *ad bustum egerit, ibi omni cruciatus laecerit, uiuo stanti  
collum gladio sua dextera secuerit, cum sinistra capillum eius a uertice  
teneret.* non intellego illud 'uiuo stanti.' Flori [II 9] haec sunt  
uerba: 'Marium, dncis ipsius fratrem, apud Catulli sepulcrum oculis  
effosis, manibus cruribusque effractis seruatum aliquandiu, ut per  
singula membra moreretur'. et similia alii rerum Romanarum aucto-  
res tradunt. talis autem homo non 'uiuus' est, sed semimortuus,

---

\*) quod I 2 proposui olim (Fleckeis, ann. 1872 p. 45) 'proinde cotidie',  
id non refutatum est eis quae Eussenus contra monuit, immo hanc emenda-  
tionem, ut et ceteras, nunc non muto, nisi quod § 8 uocem 'denique' aliquo  
modo defendi posse concedo.

non 'stans', sed humi prostratus. lege 'uix obstanti collum sua dextera secuierit'; nam 'gladio' ineptum est glossema.

ibid. *in quo, etiam si aliis culpa non esset, tamen ex sua nequitia dedecoris suspicionem relinqueret.* corrige 'etiam si ab aliis culpa non esset'.

§ 12 *qui nequaquam sunt tam genere insignes quam uitiis nobiles.* Buechelerus rectissimo iudicio ductus 'insignes' delebat; magis mihi arridet correctio haec 'tam genere insignes quam uitiis uiles.' non ita raro autem 'uiliis' siue 'bilis' in 'nobilis' corruptum est.

IV § 17 *deinde ut quisque est intimus ac maxime domesticus, ut is etiam eqs. cum II exhibeat 'quisquis', deleto 'ut' restititno: 'deinde, quisquis est i. ac m. d., ut is etiam' eqs.*

§ 18 *ad ius optinendum magistratus.* non assequor mente, quid 'ius' hic quidem sibi uelit. num Quintus scripsit 'ad decus optinendum'?

ibid. *hos tu homines quibuscumque poteris rationibus, ut ex animo atque ex illa summa uoluntate tui studiosi sint elaborato.* in anacolutho illo 'hos tu homines' ultimum displicet uocabulum, cum de omnibus amicorum generibus inde a § 16 enumeratis haec dicta esse sequens doceat enuntiatum. emendo igitur 'hos tu omnes'. optimo autem iure iam Buechelerus 'illa' suspectauit, quippe quod quietae hic sedataeque Quinti orationi non conueniret. in II legitur 'illo'. conicio: 'ex animo imo atque ex summa uoluntate'. causam ob perspicuam interlapsam deinceps inter lineas adscriptum 'imo' mox paululum mutatum falsoque loco insertum est.

VI § 23 *tertium illud genus est studiorum uoluntarium, quod agendis gratis* eqs. prudenter disputauit de hoc loco Buechelerus, qui 'studiorum' eiecit. uellem etiam 'illud' extirpasset. pro quo cum II 'id' praebat, elucet glossam quae olim fuit 'id est studiorum' irrepsisse in textum.

ibid. *significanda ergo illos pari uoluntate, adducenda amicitia in spem familiaritatis et consuetudinis.* comparat Buechelerus Liuui [I 34, 12] uerba 'eam notitiam in familiaris amicitiae iura adduxerat'. sed notitia a familiaritate et amicitia ualde differt: est enim quam germanice dicunt 'Bekantschaft'. ab hac est progressus magnus ad amicitiam; amicitia autem et familiaritas et consuetudo synonyma sunt, quorum tam tenuis subtilisque differentia est ut ad nostrum quidem locum explicandum nihil ualeat. itaque hic quoque emendarem 'adducenda notitia in spem familiaritatis', nisi uel sic molestissimum restaret 'in spem'. recidendo igitur emblemata sic scripsim 'adducendo in spem familiaritatis'.

VII § 28: *eximiam quandam gloriam et dignitatem ac rerum gestarum magnitudinem esse oportet in eo quem homines ignoti nullis suffragantibus honore afficiant: ut quidem homo nequam, iners, sine officio, sine ingenio, cum infamia, nullis amicis hominem plurimorum studio atque omnium bona existimatione munitum praecurrat, sine magna culpa neglegentiae fieri non potest.* in uerbis 'nt quidem homo' nescio ego certe, num explicationem sententiae conexui aptam 'quidem' admittat; id scio, ea nocula remota iam sine impedimento currere orationem. et ecce in eis quae antecedunt 'in eo quem homines' nox 'quem' ab *B* et *H* abest. quam latere pnto sub ipso illo 'quidem'; in hoc scilicet mutatum est 'quem' forte fortuna a sua sede renousum. beneficium autem est Harleiani, quod iam de illo 'cum infamia' nonnullis recte suspecto melius possumus iudicare; ille enim 'cum infamis' ita exhibet ut litteris 'is' superscriptum sit 'a'; et habet Berolinensis 'cum infama'. hinc uidetur in archetypo duplex fuisse lectio 'infamis' et 'cum infamia'. Quintus procul dubio scripsit 'sine ingenio, infamis, nullis amicis'.

VIII § 29: *multi homines urbani industrii, multi libertini in foro gratiosi nauique uersantur.* merito Buchelerus 'gratiosi nauique' ex linca praecedenti repetita exulare a textu iussit in adnotatione. quibus resectis genuinam formam reciperabis scribendo: 'm. h. urbani, multi libertini industrii in foro uersantur'.

ibid. *summa cura ut cupidi tui sint elaborato, appetito, allegato, summo beneficio te affici ostendito.* dele ultimam uocem illi 'adlegato' explicando adscriptam.

§ 32: *neque id tamen satis est, tametsi magnum est, sed sequitur spes utilitatis atque amicitiae, ne nomenclator solum sed amicus etiam bonus esse uideare. ita cum et hos ipsos, propter suam ambitionem qui apud tribules suos plurimum gratia possunt, studiosos in centuriis habeas, et ceteros qui apud aliquam partem tribulum propter municipii aut uicininitatis aut collegii rationem ualent, cupidos tui constitueris, in optima spe esse debeas.* inter utrumque enuntiatum uinculum intercedit nullum; neque uerba posteriora apte cohaerent nisi cum capitis sexti fine; quo transposita continuant ea quae initio § 24 incohata sunt. uelim autem aliquis mihi explicet, cuiusnam bono sit totum caput sextum eo quo nunc legitur loco. nam inde a capitis quinti § 16 de amicorum studiis ita Quintus disserit ut primum de amicitii iam partis fundatisque usque ad § 20 exitum, deinde a § 25 de amicitii in ipsa petitione faciendis loquatur. iam quod intercedit caput sextum (§ 21—24) non de amicis ueteribus agit, sed de

nouis conciliandis. talis negligentia cum minime cadat in eum, qui si non aliis uirtutibus certe materiae distributione cum putida nimis austeraque seueritate instituta insignis est (cf. Buechelerus proleg. p. 7; Eusebnerus l. l. p. 8—12), § 21—24 traiciendas censeo post § 32 uerba 'bonus esse uideare'. qua transpositione facta restat ut uerba iam sese excipientia 'bonus esse uideare. set quoniam tribus rebus homines maxime' lenissima emendatione ita corrigamus 'uidearis. et quoniam'. solet enim Quintus, qua erat miseranda ingenii paupertate, aut 'quoniam' (§ 13, 41) aut 'et quoniam' (§ 34, 39) praepone, ubi ad nouam rem transgreditur (ut similiter § 25 'et quamquam'), numquam 'sed quoniam'.

§ 33: *iam equitum centuriae multo facilius mihi diligentia posse teneri uidentur. primum cognosce equites, pauci enim sunt; deinde appete, multo enim facilius illa adolescentulorum ad amicitiam actas adiungitur. deinde habes tecum ex inuentute optimum quemque et studiosissimum humanitatis. tum autem emi quod equester ordo tuus est; secuntur autem illi auctoritatem ordinis, si abste adhibetur ea diligentia ut non ordinis solum uoluntate sed etiam singulorum amicitias eas centurias confirmatas habeas. distinguuntur clare aperteque ordo equester et adulescentes equum publicum habentes ideoque in equitum centuriis suffragia ferentes. B et II 'cognosci' et 'appeti' (siue 'apeti') habent; quae uerba 'primum cognosci equites (pauci enim sunt), deinde appeti' ita a coniecturis intactae esse debent, ut post 'appeti' lacunae signa ponamus; in qua lacuna cum id nnde infinitiui illi pendent tum uero rei ipsius eiusque ad optinendum propositum grauitatis expositio et ad adulescentulos, de quibus plane eodem modo atque de equitibus ('primum, deinde') actum fuisse crediderim, transgressus hausta sunt. hinc uerba sequentia 'tum autem — ordinis' pessime detracta suam accipiunt lucem. et 'emi' quidem inane sensuque cassum recte ut dittographiam debebant Itali; cetera II fidissimum ducem secuti (exhibet autem 'sequuntur' in 'sequentur' correctum et deinde 'autem' omitit) ita in ueram formam redigemus: 'tum autem, quom equester ordo tuus est, sequuntur illi [scil. adulescentes] auctoritatem ordinis'. reliquom est uitium in illo 'eas centurias', pro quo in II primitus 'etas centurias' extabat. num 'etas', id est 'cunctas centurias' latet?*

VIII § 35: *si eum, qui tibi promiserit, audieris facum ut dicitur facere aut senseris. habent B et II 'aut ut senseris'. potest subesse 'aut tu senseris'; nam 'tu' cum ui quadam pro 'tu ipse' est positum.*

*ibid. scire autem oportet quo quisque animo sit, ut quantum cuique*



*confidas constituere possis.* extat in *H* 'ut et quantum'. emenda: 'ut quid et quantum'.

XI § 43: *prodest quidem uehementer nusquam discedere, sed tamen hic fructus est assiduitatis, non solum esse Romae atque in foro, sed assidue petere, saepe eisdem appellare, non committere ut quisquam possit dicere quod eius consequi possis, si abste non sit rogatum.* de fructu assiduitatis non disputat Quintus, sed de officio eius. quod non perspexit librarius, qui uocabulo praecedenti 'prodest' inductus suae cogitandi rationi conuenientia dedit, cum dare deberet 'sed tamen hoc munus est assiduitatis'. finem enuntiati a uariis uarie temptatum in hunc ferme modum olim scriptum fuisse ceuseo: 'ut quisquam possit dicere, quom eius consequi posses *suffragium*, se abste non esse rogatum'. et hoc quidem ('se abste non esse') Itali iam inueniunt, cetera ego periclitatus sum, aliquod certe coniecturae meae adminiculum in eo quod *H* 'su' pro 'si' primitus habuit paratum esse ratus. — praeterea pro 'discedere' lege 'decedere'.

§ 44: *quae, quamquam ad multitudinem peruenire non potest, tamen ab amicis laudatur, multitudini grata est.* lege 'ab amicis laudata multitudini g. e.'

ibid. *homines enim non modo promitti sibi, praesertim quod a candidato petant, sed etiam large atque honorifice promitti uolunt.* de qualitate, non de quantitate promittendi est quaestio. itaque 'large', quod debetur correctoribus Italis, stare nequit. *B* et *H* 'longe' tradunt; ante quod 'non' intercidisse puto: 'sed etiam non longe atque honorifice promitti'. est Germanorum 'nicht weitläufig'; ceterum cf. Seneca de benef. I 1, 8.

§ 45: *nam cum id petitur, quod honeste aut non sine detrimento est nostro promittere non possumus.* ita corrupte *B*; 'honeste (suprascriptum est 'honestū ē') aut sine detrimento nostro' melius *H*, nisi quod turbarum in *B* originem non dispicias. agnoscere mihi uideor duplicis in archetypo scripturae uestigium 'honeste' et 'honestum non est'. quamquam dubius haeres, cui lectioni te addicas: nam utrumque aequè bonum est.

XII § 48: *qua re satius est, ex his aliquos aliquando in foro tibi irasci quam omnes continuo domi.* pro uocabulo omnium tritissimo 'omnes' quoniam *H* 'umeris' praebet, nescio an reconditius aliquid lateat. fortasse scripsit Quintus 'quam innumeros continuo domi'.

XIII § 50: *bene ut homines nosse, comiter appellare, assidue diligenter petere, benignum ac liberalem esse loquantur et existiment.* inserunt nouissimi editores auctore Schuetzio 'te' post 'bene', nisi quod ex-

titit qui ipsum 'bene' in 'te' mutaret. neutrum probandum duco; neque uidetur mihi Quintus aliter scribere potuisse quam hoc modo 'bene ut homines *te se* nosse'. porro concedendum puto Eussnero, uberius dicendi genus, quod in copulatis illis 'assidue' et 'diligenter' apparet, hic tolerari debere. itaque lege 'assidue diligenterq; petere'.

§ 53 *nec tamen in petendo res publica capessenda est neque in senatu neque in contione, sed haec tibi sunt retinenda ut senatus te existimet ex eo quod ita uixeris defensorem auctoritatis suae fore.* quid sit 'remp. capessere' norunt pueri, hic ignorare uidentur docti de sententiae absurditate plane securi. uerba praecedentia 'uidendum est ut spes rei publicae bona de te sit et honesta opinio' qui penderit, Quinto hoc fere obuersatum esse suspicabitur; nec tamen in ipsa petitione captanda est spes illa atque opinio, sed efficiendum est ut ex priore tua uita tam beneuole de te iudicent homines. itaque uerba 'res publica' ex superiore linea prae repetita delenda censeo. ceterum 'retinenda' a Buechelero uix defensum in 'optinenda' corrigendum est.

XIII § 54: *Haec ueniebant mihi in mentem de duabus illis cogitationibus matutinis, quod tibi cotidie ad forum descendenti meditandum esse dixeram.* Quintum tam insolenter scripsisse non credo equidem Buechelero, praesertim cum 'quod' ex coniectura sit profectum. ex librorum scriptura 'quo' eliciendum puto 'quas'. nam ab hac constructione, qua Lucretius 'aeternas quoniam poenas in morte timendumst' dixit, nec Marcus Cicero abstinuit.

III.

§ - AD HORATIUM.

---

Inmensam licet operam per quattuor iam saecula uiri docti enarandis emendandisque Horatii carminibus nauauerint, inmensa tamen etiamnunc supersunt et diligentiae adsiduitate eruenda et ingenii lumine inustrandae. neque id mirum in eo scriptore, cuius in textum miserime deprauatum iniqua saeuit Fortuna. quamquam si turbam librorum mss. ingentem contemparis, optime ei consultum esse facile tibi persuadeas. at qui non numerare, sed ponderare codices didicit, is de hoc beninolo nimis propitioque indicio mox decedet. nam quemadmodum illi in leniculis quibusdam lectionibus dissentiunt (ut fere fit in libris ex uno archetypo propagatis, quorum nariae deinceps existunt familiae), ita in omnibus grauioribus corruptellis certis indubitatisque ita consentiunt ut communis eorum fons in propatulo sit neque nisi ab hominibus talium quaestionum ignariis negari possit. neque ego dubito quin omnes codices Horatiani nobis superstites uel certe noti in ultima origine prouenerint ex grammatici nesciocuius saeculo quarto exeunte ninentis recensione. depulsa enim ea quae per tempora antecedentia optinuit nastitate ac barbarie Symmachorum aetate uiros nonnullos egregios et scruidis antiquitatis monnmentis moribusque intentos sese dedidisse ad optimos quosque anterioris aevi scriptores emendandos emendatisque exemplaribus diuulgandos, hodie res notissima est. quibus uiris ut debemus sine dubio numerum hand paruum scriptorum Romanorum nobilissimorum, ita culpae danda est ingens horum deprauatio. nam cum

studio per se laudabili menda uitiaque per saeculi maxime tertii tempora a librariis inscitis et semibarbaris inlata partim comparatis melioribus uetustioribusque libris (quorum iam tunc supererant pauci), partim sui qualiscumque ingenii opé remouere atque expellere studerent, aequalium quidem posterique saeculi studiis oppido profuerunt, nobis autem difficultatum saepe uix extricandarum molem molestissimam pepererunt. uisne exemplum? proferam tibi Senecae tragoedias, quae, cum multifariam corruptae legerentur, eo quo dixi saeculo quarto exeunte diorthotae alicuius curas ita sunt expertae ut nouam plane speciem induerent. quae recensio mox uulgata [cf. Usenerus in Mus. Rhen. uol. XXVIII p. 391] plurimis libris — inter quos sunt folia rescripta Ambrosiana saec. VII — etiam nunc nobis suppetit. quodni bona fortuna factum esset ut codex ab illa diorthotae immunis et Senecae textum talem qualis ante eam legebatur fideliter exhibens seruarietur (ex quo descendit liber optimus Florentinus saec. XI), nunc in grammatici istius nugis ineptisque friuolis nobis adquiescendum esset \*). sed quod in Senecae tragoediis benigna Fortuna nobis indulsit, inuidit eadem in Horatii operibus, quippe quae ne in unico quidem codice ab ista grammatici Symmacorum aequalis interpolatione integro aetatem tulerint; certe talis codex flagrantissimis nostris uotis expetitus usque ad hunc diem non comparuit. grammatici autem illius recensionem cum, si summum spectes, plane sequeretur Mauortins, qui ineunte saeculo sexto nouam Horatii editionem curauit, non mirandum est quod ea codicum nos-

\*) ut paucis adumbrem diorthotae consilium: Herculis furentis uu. 19—21 ita antiquitus erant traditi (ut exhibet eos Florentinus):

una me dira ae fera

Thebana tellus nuribus sparsa impiis  
quotiens nouercam fecit!

non magna erat res uitiatam in uocabulo 'nuribus' prosodiam agnoscere, itaque grammaticus noster reposuit traiectis uocabulis: 'Thebana nuribus sparsa tellus impiis', uerborum iustam legitimamque eolocationem pessime subuertens. quamquam hoc non prohibuit editores quominus interpolationem reciperent; neque eam reiecit qui nuper in Hermae Berolinensis uol. X data opera hanc fabulam tractauit. adeo nimirum difficile erat intellegere in lectione illa antiquitus tradita unieam litterulam intercidisse:

Thebana tellus nuribus a! sparsa impiis.

nam haec interiectio innumeris locis a scribis omissa Iunoni hoc ipsum quod tot Iouis paelices Thebae procreauerint dolenti (rhetorice autem rem exag-gerat) apprimè apta est.

trorum familia, quae textum Mauortianum praebet, raro omnino et tantum in leuioribus a ceteris libris mss. discrepat. itaque quae fata negabant, supplebimus, in quantum licet, nostramet prudentia atque sollertia in factitanda arte critica. cuius rei exemplum simul et specimen stndiorum a me in Horatio positorum proferam emendationes ad aliquot Artis Poeticae locos.

Horatium cum omnes Romani liberaliter instituti in amore atque deliciis haberent enimque idem mox inter poetas scolastica lectione tritos reciperetur, et haud pauci scriptores data occasione uersus illius sae orationi insernerunt et extiterunt qui in puerorum usum commentarios componerent. quid quod grammatici quoque Horatium interdum in usum uocauerunt? quorum omnium ei qui ante saeculi quarti finem uixerunt summo opere nobis respiciendi sunt: possunt enim poetae uerba exhibere forma multo priore quam codices nostri ex diorthotae recensione orti. et Porphyriorem quidem saeculi secundi ludimagistrum — nam mitto nunc scholiorum quae sub Acronis nomine feruntur eandem indigestamque molem, cui ut mox editor idoneus contingat enixe optamus — praeclararum lectionum uestigia haud pauca seruasse, hac ipsa scriptione ut spero patefaciam. sed caute adhibendus est idem; nam lemmatis postea scilicet a librario aliquo inlatis ideoque cum nostrorum librorum scripturis tantum non semper consentientibus [cf. Guil. Meyerus praef. p. VII] fides habenda nulla, sed ex scholiis ipsis quid Porphyrio legerit, quoad eius fieri potest, diuinandum est. quamquam multis locis ipsa quoque scholia truncata et ad posterioris aevi textum adaptata esse intellexisse mihi nideor. Porphyriionis autem scholia et ceterorum scriptorum testimonia quid boni interdum adferant, uno saltem exemplo hic statim ostendam. un. 357—360 sic se habent in nostris codicibus:

sic mihi qui multam cessat, fit Choerilus ille,  
quem bis terne bonum cum risu miror; et idem  
indignor, quandoque bonus dormitat Homerus:  
uerum operi longo fas est obrepere somnum,

uerba vulgo decantata 'quandoque bonus dormitat Homerus' Bentleio non offensionem praebuisse aegre ferrem, nisi uiro egregio eandem quam Horatius Homero dedit excusationem libenter concederem. non fugit autem summa quae uersi inest prauitas Peerkampium. nimirum Choerilo bis terue bono simpliciter Homerum tamquam bonum oppositum esse a poeta non dormitanti, numquam credet cui sana mens indiciumque constat: nam oppositio nulla est. Peerkam-

pius igitur coniecit 'quando usque bonus', antithesi nimis arguta frigidaque. iam audi quid Hieronymus medio saeculo quarto scripserit in epistula ad Pammachium et Oceanum: 'quod si quis Iudas Zelotes opposuerit nobis errores eius, audiat libere: interdum magnus dormitat Homerus; uerum opere in longo fas est obrepere somnum'. qui cur 'interdum' de suo posuerit claret: neque enim potuit aliter dictum illud suis innectere uerbis. sed id quod est 'magnus' num ex mero Hieronymi errore finxit? ita sane docti omnes uidentur statuisse. quibus ut ego quoque accedam, prohibet Porphyrius scholion adhuc neglectum: 'sed excusationem, inquit, Homerus mereri potest, si aliquid in tanto opere non respondet *magnitudini* carminis sui'. nonne eum hoc scribentem 'magnus Homerus' ob oculos habuisse ueri est simillimum? porro Quintilianum [inst. orat. X 1, 24] dicentem 'cum Ciceroni dormire interim Demosthenes, Horatio uero etiam Homerus ipse nideatur' parum probabile est, id quod iam Peerlkampius bene adnotauit, 'bonus Homerus' in Horatii textu legisse. adice denique quod ipse nates Vennsinus loco simillimo [sat. I 10, 52] dixit 'tu nihil in *magna* doctus reprehendis Homero?' his fretus absonum illud 'bonus' ita expellendum censeo ut duce Hieronymo et aduente scholiasta reddamus Horatio:

indignor, quando *magnus* dormitat Homerus: -

uerum opere in longo fas est obrepere somnum.

nam etiam illud 'opere in longo', quidquid contra dicit Bentleyus, multo melius se habet quam quod nunc circumfertur 'operi longo'. — sed his missis iam seruato uersuum ordine totam epistolam percensbo. uu. 42—47 med.:

ordinis haec uirtus erit et uenus, aut ego fallor,

ut iam nunc dicat iam nunc debentia dici,

pleraque differat et praesens in tempus omittat;

hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor.

in uerbis etiam tennis cautusque serendis

dixeris egregie eqs.

post priorum de u. 43 dubitationes inutiles recte Schneidewinus [Philol. X. p. 362] illud 'pleraque' in suspicionem uocauit: nimis enim uagum est uocabulum. neque quidquam interest, ntrum multa an pauca scriptor omittat, modo id quod superfluum est recidat. quid quod pro uariis poematum argumentis etiam copia rerum differendarum uaria est, ut nec possint semper 'pleraque' omitti.

sed Schneidewinus cum 'reliqua' proponeret, uerum non adsecutus est. mutata una littera me auctore repone:

pluraque differat et praesens in tempus omittat,  
hoc est: et ut plura quam quae iam nunc dici debent differat et alio tempore magis apto promat. in eis quae secuntur Bentleius suam uersum 45 et 46 transpositionem plerisque doctis persuasit. quoniam quid iam 'carminis promissi auctor' hic significet, neque quoniam assequor. ita iure optimo audiit Vergilius, cuius Aeneis ab Augusto totoque populo Romano uebementer expectabatur; porro promissi carminis auctor erat Staius, qui teste Iuuenale [sat. VII 82] diem recitationis promittens laetam urbem fecit. sed hi erant poetae iam probati ac nobiles, Horatius autem ad incipientes famamque ingressuros uerba dat. hiuc u. 38 dicit simpliciter: 'sumite materiam uestris, qui scribitis, aequam uiribus.' et quid aliud tota haec epistula sibi propositum habet quam ad *adulescentes* in arte poetica adhuc *tirones* praecepta exhibere? neque hercle Horatius tam adrogans erat ut ea ad promissorum quoque carminum auctores spectare uellet. itaque hac difficultate integra manente (cetera autem doctorum conamina ad expediendum illud 'promissum carmen' uana atque inrita sunt) dubitare licet, num illa u. 45 et 46 traiectione Bentleius locum restituerit. et nescio an his potissimum rationibus adductus Mauricius Schmidtus [Horazische Blätter p. 30] in textu exhibuerit:

pluraque differat et praesens in tempus omittat;  
hoc auct hoc spernet promi. sit carminis auctor  
in uerbis etiam tenuis cautusque serendis.

bene autem sese habet in hac scriptura 'carminis auctor' (cf. u. 38), bene uerba 'sit carminis — serendis' proprium formant enuntiatum, cui illud 'dixeris egregie' eqs. tamquam noua sententia adiungitur. hactenus igitur recte Schmidtus; cetera improbo, cum neque boni critici esse putem, extra partem aegrotam procedere et sana quoque attemptare, neque concoquam illam temporum mutationem 'auct — spernet' (expectes 'amat — spernit') neque denique intelligentiam, quid ad ordinis uirtutes faciat, si altera res promi uelit, altera nolit. immo dispicere mihi uideor clausulam, qua uersum 43 et 44 summa ita fiat ut simul causa qua dicenda dicantur et superflua differantur uno saltim uerbo explanetur. lege:

ut iam nunc dicat iam nunc debentia dici  
pluraque differat et praesens in tempus omittat,  
hoc amet hoc spernat *pro re. sit* carminis auctor

in uerbis etiam tenuis cautusque serendis.  
 sed pergamus \*) ad grauiora. uersus 63—69 sunt hi:  
 debemur morti nos nostraque: siue receptus  
 terra Neptunus classes aquilonibus arcet,  
 regis opus, sterilisue diu palus aptaque remis  
 uicinas urbes alit et graue sentit aratrum,  
 seu cursum mutauit iniquom frugibus æmnis  
 doctus iter melius. mortalia facta peribunt,  
 nedum sermonum stet honos et gratia uiuax.

uideamus primum de toto, cuius ad interpretationem post Prellerum nuperrime Adolphus Michaelis [comment. philol. in hon. Th. Mommseni p. 425 sq.] quaedam haud inscita protulit. Horatius ut illud in initio positum 'debemur morti nos nostraque' inlustret, clarissima aliquot opera recenset, quæ aliquando interitura uaticinatur. in hac sententia offensionem utique grauissimam sunt 'mortality facta', ut sensit magis quam dilucide exposuit Bentleius. nam quod 'facta' pro eo quod est 'opera' poni posse negauit, humane errauit; et idonea exempla collegerunt interpretes. rectius idem exclamat: 'mortality facta, hoc est, strigiles opinor et calcei peribunt. quid mirum si uoces ore et spiritu in auras diffusæ pereant, cum manibus facta, nempe ollæ et cacabi, intereant?' nimirum si altius introspectas et quid uirum immortalẽ ad tale iudicium ferendum permouerit disquiras, eum iure meritoque id desiderasse apparebit, quo 'mortality facta' ad ea quæ antecedunt referri possit; nempe requirimus necessario tale aliquid: hæc tam magna facta peribunt. neque si 'mortality facta' nulla ad superiora relatione per se stant, 'nedum'

\*) breuiter dicam de u. 50 sq.:

ingere cinctutis non exaudita Cethegis  
 contiget,

ad quæ Peerlkampius hæc adnotat: 'quasi uero facillimum sit, siquis modo uelit, noua excogitare uocabula. historia litterarum docuit contrarium. non cuius, neque semper, quando quis uult, hoc ei contiget. et ipse Horatius cautionem addit de licentia sumpta pudenter'. inest his aliquid ueri, nam etsi Peerlk. neglexit paucissimos illos locos, quibus suppressa *boni* euentus notione 'contingere' simpliciter 'euenire' significat (unde 'ingere contiget' uertere possis: dann wird der Fall eintreten zu bilden), tamen ipsa sua dubitatione summam quæ loco subest ambiguitatem patefecit. et mallet sane, Horatius scripsisset 'obtinget' aut, quem ad modum dixit u. 226, 'conueniet', sed est hic locus unus ex eis, quibus incertus hæres utrum scriptorem an librios correcturus sis.



locum habet ullum. nam sermones, cum et ipsi sint mortale factum, naturaliter cum ceteris operibus mortalibus interibunt, ut gradatio per 'nedum' facta hic plane inepta sit. uide etiam illa 'debemur morti nos nostraque — — mortalia facta peribunt': uonne egregie abundare uocem 'mortalia' persentiscis? quippe bis idem adseritur, non fit (id quod faciendum erat) ex priore posito in altero membro conclusio. omni tibi pignore spondeo, Horatium scripsisse (nam neque commento Bentleiano 'mortalia enucta' neque uero Peerlkampiano 'mortalia saecula' quidquam proficimus):

doctus iter melius: *mox talia* facta peribunt,  
nedum sermonum stet honos et gratia uiuax.

iam enim praeclare ex contrario sibi respondent enim 'mox peribunt' et 'nedum stet', tum 'talia facta' et 'sermones'; et hoc quidem eodem plane modo, quo apud Catullum uel potius Callimachum coma a Berenicæ uertice desecta, postquam ferro uel montem maximum succubuisse ostendit, gemibunda exclamat [n. 47]: 'quid faciet *crisis*, cum ferro *talia* cedant?' et quo inre 'mox' opera tam magna interitura esse uaticinetur uates, inde apparet quod ad opus a Iulio Caesare inchoatum et re uera breui tempore relictum uersibus suis adludit [cf. Michaelis l. l.]. quo mendo ex medio sublato aegedum adgrediamur illud 'diu palus', de cuius corruptione ueniem bene sanum hodie dubitare existimo; nam defensionem a L. Spengelio in Philologi Gottingensis uol. XVIII p. 97 prolatam omittere praestat. in uitii autem remotione accidisse uidemus (id quod saepius obseruare licet), ut quam uiam is qui primus locum coniectura temptabat inijt, eandem posteri omnes tererent. postquam enim Marcellius 'palus aptataque' proposuit, Bentleius 'palus prius aptaque', Cuninghamus 'palus dudum actaque' (uel 'palus agitataque'), Marklandus 'palus pulsataque', J. M. Gesnerus 'palus diu actaque', Peerlkampus 'palus olim actaque' coniecerunt; et Gesneri mutationem, quamquam nec ipsam a re metrica tutam (nam dissimilibus defendunt, recte ut iam Lehrsius adnotauit), nunc non pauci amplectuntur. omnes igitur de re ipsa, quod palus remis apta dicitur, securi uerbis ad aliquam speciem restitueudis intenderunt. quid autem? Horatius paludis habitum tristem ac deformem describens nunc credi potest commemorasse rem in illius laudem potius uertendam? nam si paludem remis pulsare licuit, habebant sane urbes adiacentes quo commercium facerent. neque uero 'palus' idem est atque 'lacus', immo imaginem stagnorum aqua fluenti carentium nobis in memoriam reuocat. unde emendo:

sterilisque palus *vix* aptaque remis,  
 ut per chiasmi figuram palus, quibus urbibus antea nullo in usu  
 erat utpote inremigabilis, eas nunc alere, quaeque adhuc sterilis  
 erat, iam graue aratrum sentire dicatur. de copula autem transpo-  
 sita omnia nota. — un. 102—105 \*):

si uis me flere, dolendum est  
 primum ipsi tibi: tunc tua me infortunia laedent,  
 Telephe nel Pelen; male si mandata loqueris,  
 aut dormitabo aut ridebo.

'mandata' uulgo explicant 'ea quae poeta te recitare inssit' relegant-  
 que nos ad u. 176, ubi legitur 'ne forte seniles mandentur iuueni  
 partes pueroque uiriles.' quo loco ut 'mandentur' (hoc est 'commit-  
 tantur') optimum est, ita in nostro uersu interpretum mero arbitrio  
 atque lubidine ea uoci 'mandata' inlata est significatio, quae et per  
 se (nam alias mandata sunt imperia, iussa) ab illa aliena est neque  
 e sententiae conuexu ullam accipit probabilitatem. habetque haec  
 interpretatio hoc quoque incommodi, quod 'male' a 'loqueris', quo-  
 cum sua quisque sponte statim coniungit, prae diuellere (ne ridi-  
 cula scilicet existat sententia, quasi hic actoribus praeceptum detur)  
 et ad 'mandata' (= si loqueris ea quae loqui te male iussit poeta)  
 durissime referre coguntur. artificia tam contorta cum ultro uersus  
 corruptelam euincant, tu sapere aude atque scribe:

male si *mala fata* loqueris.

quae enim calamitates antea 'infortunia' uocatae sunt, eae nunc  
 uariandae orationis causa 'mala fata' audiunt, cum praesertim in  
 talibus copulationibus, ut hic 'male mala', ualde sibi placuerint  
 Romani. — un. 119 sqq.:

aut famam sequere aut sibi conuenientia finge.  
 scriptor honoratum si forte reponis Achillem,  
 impiger iracundus inexorabilis acer  
 iura neget sibi nata, nihil non adroget armis.

de honorato illo Achille ita disseruit Bentleyus ut prudentium om-  
 nium plausum ferret †). cuius contra coniecturam 'Homereum' (uel

\*) u. 92 bonorum aliquot codicum lectio 'decentem' unice probanda est;  
 causam autem iustam. cur totum uersum eiciamus, non uideo. modo in  
 huius partis initium, id est ante 89, transponatur.

†) quamquam, cum ne hodie quidem desint qui scripturae conclamatae  
 patrocinium suscipiant, non plane inutile duco nonnulla addere. ex locis ab  
 interpretibus adlatis (quibus adice ex. gr. Cic. de legg. II 24, 62; Propert.

'Homericum') a recentiorum editorum nonnullis acceptam unum certe scrupulum acutissime uerissimeque mouit Peerlkampius, qui ita disserit: 'si Achilles Homericus est qualem Homerus memoriae prodidit, Achilles Homericus est impiger, iracundus et acer. Beutleius igitur Horatium fecit absurde dicentem: si reponis Achillem Homericum, repone Homericum, uel, si reponis iracundum, repone iracundum'. sed cum ipsius Peerlkampii commentum — ut erat uir ille acutissimus doctissimusque in iudagandis falsis multo felicior quam in ueris restituendis — nihilo se habeat melius, id autem quod Bouhierus inuenit 'scriptor honoratus' eadem de causa qua supra promissi carminis auctorem remouimus reiectaneum sit, nouam coniecturam faciendi alea est subeunda. qua in re uiam a Bouhiero moustratam secutus illi 'scriptor honoratum' similem seuteutiam iuisse puto atque uu. 189, 90 'ueue minor ueu sit quinto prodnctior actu fabula, quae posci uult'. ad cuius loci analogiam conieci:

scriptor honorandus si forte reponis Achillem,

id est, si tamquam scriptor qui dignus est honorari (qui laudem meretur) denuo Achillem in scenam profers, fac ut famam sequaris et, sicut Homerus eum descripsit, sit ille iracundus et acer. eodem autem genudini usu legimus u. 331 sq. 'speramus carmina fingi posse liueuda cedro et leui seruanda cupresso'. — uu. 127 sqq.:

difficile est proprie communia dicere; tuque  
rectius Iliacum carmen deducis in actus,  
quam si proferres ignota indictaque primus.

qui modo posuerat 'aut famam sequere aut sibi conueuentia finge', sed hoc difficilins esse quam illud monuerat, idem nou recte omnino uetare potuit quomiuus noua fingerentur (tu rectius materiam aliquam notam, uerbi gratia Homericam aliquam, inducis in scenam, quam si uelles inuisa inauditaque inneuire). quid enim si ingeniose feliciterque noua fingebantur? et cur omiuo de tali coepto praecepta (uu. 125 sqq.) Horatius dedit, si Pisones fratres utpote ei impares a couatu suscipiendo plane deterrere uoluit? id quod uerbis illis, ut uunc leguntur, nou fieri nou potuit. quod non latnit Bothium Peerlkampiumque couicientes 'quam sic proferres', in quibus 'sic' pro 'leuiter, neglegenter' positum esse uolunt. sed hoc dicendi

---

V 11, 102 'cuius honoratis ossa uehantur auis') apparet 'honoratus' fere idem significare atque germanum 'gehrt' uel 'ehrenwerth'. iam recte quidem dices ex. gr. 'der ehrenwerthe Orelli', sed ridicule (siquidem serio loqueris) dices 'der ehrenwerthe Schiller' (Goethe, sim.). idemque cadit in Achillem.

genus uitae cotidiauae proprium (simillime Germani 'so so' disciueti loquimur) ideoque a solis poetis comicis usurpatum Horatio obtrudere nefas est. mihi miram illam uerborum plane tautologorum copiam 'proferres (= innenires) ignota indictaque primis' contemplanti potius uisum est uoculam superuacuam 'primis' adhibere ad meliora recipienda. bene omnia current, si scripseris:

quam si proferres ignota indictaque *prae*ue;

nisi forte comparato u. 140 'inepte' praeferas \*). — uu. 189 sq.

neue minor ueu sit quinto productior actu

fabula, quae posci uult et spectanda reponi.

uerbum 'posci' non esse Horatii sed iusciti librarii, certissime euitit Peerlkampius. nam primum omnium id agebatur ut nouus scriptor haberet auditores aulae manentes et usque sessuros, donec cantor 'uos plaudite' dixit [uu. 154 sq.]. quodsi populus malam fabulam iurideus iam aute exitum theatro decessit, quaenam spes flagitatae et repositae fabulae supererat? 'spectanda' autem in omnibus bonis antiquisque libris, 'spectata' uero in paucissimis et uix in censum uenientibus traditum est. itaque si secundum artis criticae legem primariam, qua lectiones ab optimis fidelissimisque codicibus exhibitae tamdiu retinere iubemur quamdiu salua sententia licet, lectionem nulli offensionis obnoxiam 'spectanda' reponimus, corrui defensio Ribbeckii, qui nulgatam lectionem secutus 'spectata' ad prius quoque uerbum 'posci' pertinere noluit secundum usitatam Horatio uocabulorum ponendorum rationem, et integra manet Peerlkampii de uerbo 'posci' corrupto opinio. qui de ipso reponendi uerbo non recte dubitans hic quoque nimis uiolenta temptauit: 'quae spectari et uult spectata repositi'. nos librorum mss. memoriam unica litterula inmutata uere corrigere nobis uidemur:

fabula quae posci uult et spectanda reponi.

cf. ex. gr. Terentius Heeyr. prol. 12 'perfecti ut spectarentur. ubi sunt *cognitae*, placitae sunt.' — breuiter dicam de uu. 204 sqq.:

(tibia) tenuis simplexque foramine pauco

adspirare et adesse choris erat utilis atque

nondum spissa nimis complere sedilia flatu,

quo sane populus numerabilis, utpote paruos,

et frugi castusque uerecudusque coibat.

in his 'quo' non admodum placet. tamdiu tibia utilis erat choris

\*) u. 154 id quod Peerlkampius et Meinekius inuenerunt 'spectatoris' proba.

comitari et angustum adhuc theatrum complere, quamdiu populus quoque parvus et simplex aderat. puto 'quom sane populus', ut 'quom' et 'postquam' u. 208 sibi respondeant. quamquam ingenue fateor, etiam uoculam 'sane' plane superfluum me semper languore maximo affecisse. conspicatus sum 'quom *fano* populus... coibat', ex uoto illud poetarum usu pro 'iu fano' positum; et Lucretius dixit 'in medio coire.' sed ad certiora redeamus. — uu. 252 sqq. \*):

unde etiam trimetris ad crescere iussit

uomen iambeis, cum senos redderet ictus

primus ad extremum similis sibi; uou ita pridem,

tardior ut paulo grauiorque ueniret ad auris,

spondeos stabilis in iura paterna recepit.

inanem operam insumere mihi uidentur docti defendendis illis 'non ita pridem.' quod qui ad tragicos Romanos rettulerunt, non uiderunt uu. 251—58 breuem trimetri iambici apud Graecos historiam ideo praemitti ut inde a u. 258 uerbis 'hic et in Acci' Romanorum in eo adhibendo ueglegentia castigaretur. quod qui agnoscere, 'non ita pridem' — quod non potest non pertinere ad temporis spatium ab ipso Horatio haud ita remotum, ut sat. II 2, 46 annos fere LXXX elapsos significat — miro modo explicare studebant: cf. ex gr. Orellius. nemo autem Romanorum melius quam Horatius memoria tenuit, iam Archilochum trimetri iambici inuentorem non puris solummodo iambis usum esse. quodsi primam trimetri formam eam fuisse statuit ut primus pes ad extremum usque sibi similis esset, ex hac prima forma post paruom interuallum alteram illam, qua sedibus imparibus spondei recepti sunt, extitisse necessario adicere debuit. neque ullo modo id paulo ante Horatii tempora (aliter enim, ut dixi, uerba 'uou ita pridem' accipere non licet) accidisse, sed paulo post inuentam speciem illam primariam usum uenisse dicendum erat. et hoc quidem bene sensit Ribbeckius, qui post n. 254 duos fere uersus intercuisse putauit. mihi contra uerba 'non ita pridem' reposita uidentur a grammatico loci sententiam paruam perspicente, et Horatium ipsum sic fere scripsisse existimo:

*mox tamen idem,*

tardior ut paulo grauiorque ueniret ad auris,

spondeos stabilis in iura paterna recepit.

---

\*) u. 244 tandem agnoscant uelim ueritatem emendationis Marklandianae 'siluis educti.' — u. 253 Ribbeckianum 'uomen' bonum est.

neque enim causam idoneam uideo, cur 'paterna' mutemus. in eis quae statim leguntur:

hic et in Acci  
nobilibus trimetris apparet rarus, et Enni  
in scenam missos cum magno pondere uersus  
ant operae celeris nimium curaue carentis  
aut ignoratae premit artis crimine turpi

plane adstipulor Bentleio, qui quod uersus iambiens talis qualem Graeci excoluerunt (ita 'hic' explicandum est) in uersus duos incultosque Ennii accusatoris partes suscepisse dicitur absurdissimum et Horatio indignum statuit. recte igitur ad anteriorum interpunctionem rediit 'apparet rarus et Enni. in scenam', deinde praeunte Theodoro Marcilio 'missus' legit. qua in emendatione iure optimo reprehensum est quod uerbum 'premit' suo careat obiecto. quapropter praefero: 'apparet rarus et Enni; in scenam missus quos magno pondere uersus'. Accium nimirum et Ennium uersus ipsorum ponderosi, utpote spondeis nimis onerati, aut nimiae festinationis aut artis ignoratae crimine preuaut. 'quos' facili errore in 'quom' indeque in 'cum' corruptum ansa fuit ut 'missus' quoque mutaretur. — nu. 304 sqq.:

ergo fungar uice cotis, acutum  
reddere quae ferrum ualet exsors ipsa secandi,  
munus et officium, nil scribens ipse, docebo,  
unde parentur opes, quid alat formetque poetam,  
quid deceat, quid non, quo uirtus quo ferat error.  
scribendi recte sapere est et principium et fons;  
rem tibi Socraticae poterunt ostendere cartae,  
uerbaque prouisam rem non inuita sequentur. \*)

\*) uu. 265 sqq.:

idcircone uager scribamque licenter, an omnis  
uisuros peccata putem mea, tutus et intra  
spem ueniae cautus? uitai denique culpam,  
non laudem merui.

quod ad uerba attinet 'tutus et intra spem ueniae cautus', res dudum ad liquidum perducta est, quamquam non accepere docti. si quis ita scribit ut omnes iudices (nam 'non quibus uidet' eqs.) peccata sua animaduersuros putet, etiam sine uenia illa uulgo concessa a reprehensione securus est. rectissime igitur Lambinus pro 'intra' scripsit 'extra'; totum autem recepta Doederlinii interpunctione ita restitue 'putem mea, tutus et extra spem ueniae?

haec quotiens perlegi, totiens animus refugit atque perhorruit illud 'munus et officium' tam nude positum. fac aliquem scriptorem germanum magna uoce clamare 'selbst nichts schreibend will ich Pflicht und Aufgabe lehren': nonne eum inrisuros putas omnes quibus cor sapit? nam rem ipsam, cuius munus officinque docere uelit, a poeta addi sensus flagitat communis. nam illa 'unde parentur opes' eqs ad implendum quidem officium ualent, sed omnium minime ipsam rem designant. *scribendi* igitur munus officinque se docturum esse, quamquam ipse nihil scribat, Horatius promittere debet. sic semper equidem ratiocinabar; et laetatus sum, cum postea Peerlkampium, quo incorrupto ueri sensu fruebatnr, plane idem monere uidi. transpositione autem ille incurrat haec: 'munus et officium, nil scribens ipse, docebo scribendi recte; quid alat formetque poetam, quid deceat quid non, quo uirtus quo ferat error, unde parentur opes: sapere est et principium et fons'. sed enim ita prae id quod in principio rerum ad scribendum necessarium collocandum erat 'unde parentur opes' in fine ponitur; neque habent omnia ista 'quid alat — opes', unde apte pendeant; denique unius hemistichii in locum tam remotum transpositio non admodum probabilis est. alia, quamquam non dissimili, ratione totum ego uersum 309 traiciendum pntabam:

munus et officium, nil scribens ipse, docebo  
scribendi recte; sapere est et principium et fons,  
unde parentur opes, quid alat formetque poetam,  
quid deceat quid non, quo uirtus quo ferat error.

quod ita interpretare: cuius rei (nam nullo negotio ad 'principium et fons' subaudimus 'scribendi recte') primarius fons est, scire unde auxilia arcessantur eqs. et iuraris ita Porphyriorem legisse, cuius hoc est scholion: 'id est scire quid scribas; hoc enim sapere est'.

---

cautus uitae denique culpam, non laudem merui'; hoc est, ita si ago, nihil aliud feci quam, uno ut uerbo dicam, cautus effugi culpam, minimeque propterea laudandus sum. ad quales autem nugae interdum descendant docti nonnulli talibus difficultatibus perspicendis expediendisque impares, industri aliquo exemplo demonstrabo. in editione ab Holdero et Kellero curata haec legimus adnotatum: 'sed hic locus nulla eget emendatione, uerum recta interpretatione uocabuli tutus, de quo cf. u. 28'. hoc u. 28 'tutus' significat 'cautus', ut hanc bellissima nanciscamur sententiam 'cautus et intra spem ueniae cautus'!! — u. 300 id quod iam Peerlkampio in mentem uenit et Ribbeckius reposuit 'qui tribus' uerum puto.

quae interpretatio non quadrat in vulgarem uersus et collocationem et interpunctionem, secundum quam 'sapere' potius est 'recte iudicare de rebus humanis', sed conuenit nostrae loci conformationi; iam enim 'sapere' idem est atque 'scire'. potuitque scholiasta uerbis 'quid scribas' (quamquam malim 'qui [= quomodo] scribas') sententiam uersuum 307,8 breuiter circumscribere. sed ecce nonnulli irati hisce uocibus mihi instant: ergone uersum a patribus auisque nobis ingestum tu criticus temerarius nobis eripies? audio; sed uelim aut idoneis uerisque rationibus fulciant id quod mihi, ut olim Peerlkampio, plane intolerabile uidetur aut caueant ne in ipsos cadat quod uates Venusinus egregie dixit: 'turpe putant parere minoribus et, quae imberbes didicere, senes perdenda fateri'. et fortasse aliquis damnnum compensari putabit eo quod uersu 309 in suum locum reiecto Horatius iam sine molesta utique praefatione statim, unde parentur opes, demonstrat u. 310. de quo nunc mihi paucis agendum est. neque enim facile dixeris, cur Horatius ad philosophos potissimum, unde materiam sumerent, adulescentes in poesi uires temptantes relegauerit. notum quidem est (et multis hoc inlustrarunt interpretes), Xenophontis inprimis et Platonis scripta praebere plurima et oratoribus et carminum maxime dramaticorum auctoribus utilissima ad res ethicas spectantia. uerum enim uero ut ad eloquentiam tendentibus non id praecipiebatur ut ante omnia philosophicis studiis se dederent, sed tum his incumberent cum ceteris artibus bene instructi essent, ita nec poeticen auspicantibus hortator prudens philosophorum praecipue Socraticorum opera euoluendi auctor facile extitit: alii enim atque ut ita dicam primarii fontes futuris et oratoribus et poetis quam diligentissime tractandi erant, rhetorum dico scripta; et satis constat quam accuratam operam his impenderint inde a Ciceronis fere tempore Latinarum quoque Musarum scriptores: cf. praeter alios Ad. Michaelis [de auctoribus quos Hor. in libro de arte poetica secutus esse uidentur, Kiliae 1857, p. 33]. his aliisque causis adductus Horatium Pisonum adulescentium ei qui tragicæ Musæ cultor erat exiturus non tam philosophorum Socraticorum quam eius rhetoris studium, quem ipse non obiter lectitauerat testibus uu. 304—306 (uidendi ibi interpretes), hoc modo commendasse puto:

rem tibi Isocraticæ poterunt ostendere cartæ.

quod non meum est inuentum, sed uiri de litteris graecis egregie meriti, Alphonsi Heckeri, qui in suo editionis Peerlkampianæ



exemplari \*) hanc coniecturam nullis rationibus stabilitam adnotabat. licet autem Lucilius [V 13 ed. L. M.] 'Eisocratium' dixerit, nulla tamen est causa cur Horatium alteram et adiectini formam et primae syllabae quantitatem Graecos secutum adhibere potuisse neque-  
mns. — uu. 396 sqq. †):

fuit haec sapientia quondam,  
publica priuatis secernere, sacra profanis,  
conubitu prohibere uago, dare iura maritis,  
oppida moliri, leges incidere ligno.

grauem corruptelam u. 396 in fine passus est. nam quo uinculo, quaeso, haec uerba cum eis quae antecedunt cohaerent? nullo plane, ut neutiquam mirandum sit extitisse qui illis quae inde a u. 396 'fuit' usque ad u. 401 'uenit' leguntur obelum appingeret. prudentioris puto critici est grammatici malam sedulitatem agnoscere, qui deprauatam in exemplaribus contractis uersus exitum quoquo modo corrigere studuerit. mihi Horatius dedisse uidetur: 'fuit haec sapientibus *ansa*, publica priuatis secernere' eqs. postquam Orpheus et Amphion feros saeuosque agrestium etiam tunc hominum mores carminibus suis emolliuerunt, ea re uiri sapientes ita sunt usi ut animos iam mitiores paulatim adsuuarent aliis quoque institutis ad meliorem uitae statum necessariis. de constructione cf. ex. gr. Verg. Aen. X 90. — uu. 422 sqq.:

si uero est, unctum qui recte ponere possit  
et spondere leui pro paupere et eripere artis  
litibus implicitam, mirabor si sciet inter  
noscere mendacem uerumque beatus amicum.

libere profiteor me non intellegere illud 'unctum qui recte ponere'. Porphyrio explicat 'si habeas eum qui cenam praeparet', et Acro de conuino lauto et terso loquitur. his ducibus Lambinus ceterique fere omnes 'unctum' cenam sumptuosam atque opiparam intellegunt prouocantes ad epist. I 15, 44, ubi 'unctius', ut saepius, pro 'lautius, diuitius' positum habes. neque unum protulerunt locum, quo 'unctum' simpliciter pro 'cena benigna' umquam dictum esse demon-

---

\*) acceptum hoc debeo Guilelmo Heckero, Alphonsi fratri, collegae socioque meo dilectissimo. praeter locum autem adlatum duobus aliis uir doctissimus coniecturas suas adscripsit: u. 7 'cuius, uelut aegri somnia uana, fingetur species' et u. 405 'luctusque repertus et longorum operum finis' (siue 'modis lususque, repertus et l. o. f.').

†) u. 395 'et *fide* blanda' pulcherrime uerissimeque Peerlkampius emendauit.

strarent. et hoc si poeta uoluisset, sine dubio scripsisset 'unctam qui cenam ponere'. alii igitur, cum quam male se haberet a latinitate vulgaris interpretatio perspicerent, unctum explicauerunt hominem lautum ex balneis redentem, huic a diuite nostro locum commodum in conuiuio praeparato adsignari opinantes. sed iterum tam obscurum dicendi genus, quo notio principalis 'in conuiuio' omittitur, auersor atque refugio. et quanto tum melius Horatius dicturus fuisset: 'uncto qui rectam ponere'; de ponendi enim uerbo — nam de recta siue cena recta satis constat — cf. Heinsius ad Ouidii a. a. I 231. quamquam nec homo iste ex balneis reuertens placet. optimum et Horatianum duco: 'si uero est unctus, qui rectam ponere possit et spondere leui pro paupere' eqs. legimus uu. 421 sq. diuitem ipsis opibus suis adlicere ad se adentatorum genus; iam pergitur: sin autem diues est homo munificus et genio suo indulgens, qui conuiuium splendidum exhibere et egenis atque laborantibus succurrere possit, difficillime dinoscet ueros falsosque amicos. ceterum cf. epist. I 17, 11 sq.: 'si prodesse tuis pauloque benignius ipsum te tractare uoles, accedes siccus ad unctum', id est, pauper et esuriens adibis hominem diuitem et large lauteque uiuentem. \*) — uu. 438 sqq.:

Quintilio siquid recitares, 'corrigere sodes  
hoc' aiebat 'et hoc'. melius te posse negares,  
bis terque expertum frustra, delere iuebat  
et male tornatos incudi reddere uersus.

quidquid obstrepunt interpretes, suo iure Bentleius uersum ultimum in mendo cubare affirmauit. solebant poetae antiqui, ut operam limamque conficiendis carminibus adhibitam significarent, *aut* torni *aut* incudis imagine uti. sed nemo umquam res diuersissimas, tor-

\*) u. 436 sq.:

si carmina condes,

numquam te fallant animi sub uolpe latentes

non recte Peerkampium Ribbeckiumque haesisse et coniecturas temptasse puto. nam imago uolpis ore blandi, pectore dolosi ita mentibus nostris inhaeret ut speciei adfabilis notio praeualeat. quodsi animi fere sunt germanum 'Gesinnung', locum ita interpretare: numquam te fallant (effugiant) uera hominum consilia sub blandienti adfabilitate recondita. haec ideo commemoro quod ipse quoque de loci integritate olim ualde dubitabam; eratque cum mihimet ipse plauderem conicienti 'mimi uolpesque latentes', quod confirmari putabam Porphyriionis uerbis 'simulatores eos et *ἔκρυπται* appellamus, qui maligne irident'.

num et iucudem, simul in usum uocauit; nemo umquam 'uersum tornatum incudi reddere' ita dixit aut dicere potuit ut delendi notionem subesse nellet. et utinam bonus Fea et Orellius alique ostendissent, ea quae tornatoribus male cesserant (ligna, eborae similiaque) apud neteres in incude, ferrariorum instrumento, diffracta esse. immo 'incudi reddere' non licet aliter accipere quam 'iterum limare atque perpolire'. quodsi uersus iam antea in incude erant positi, non possunt eidem etiam ex torno prodiisse. haec omnia cum aperta sint et clara, de uersus quidem corruptela constat, non item de medela. nam Bentleio 'et male ter natos' restituenti res minime successit. an Quintilius iudex, quamquam uersus delere iussit, tamen eosdem incudi reddendos, hoc est, iterum limandos esse iussisse credendus est? ineptum hoc consilium atque absonum fuisset. nam si nulla omnino arte illi iam bis terque incudi inpositi meliorem formam induerunt, unicum restabat remedium prorsus abiendi. itaque si amplectimur Bentleianum 'ter natos' (aut Guettianum 'formatos'), supplenda erit haec coniectura ita 'nec male ter natos (formatos) incudi reddere uersus'. iam nunc examinemus ipsum illud Bentlei commentum. et iam olim Peerkampius contra illud 'uersus ter natos' nonnulla monuit, quibus ego haec addo. si comparaueris epist. II 1, 233 'Choerilus, incultis qui uersibus et male natis rettulit' eqs., quo modo uersus inculti et male nati inter se differant facile agnosces. in illis utpote forma externa laborantibus spes aliquando in melius redigendi sperest, modo non plane sint inepti; at si eidem simul male nati, hoc est, per se prauis peruersisque sunt, nec emendandis uerbis nunquam fiunt meliores. tales igitur uersus iude ab initio internis uitiis laborantes *semel*, non bis aut ter, male nascuntur. hinc autem concidit coniectura Bentleiana. sed ut uersus ter male nati pessime, ita optime uersus male nati hic commemorantur. corrigendi hoc illud extiterat auctor Quintilius; responsum tulit, iam saepius id factum esse; tum intellexit ille, talibus uersibus non amplius succurri posse, quippe qui non a forma manci ac debiles, sed morbo interno affecti essent; delere igitur, iam non denuo incudi reddere et mutare iussit; frustra enim operam olenique consumi. scribe:

delere iubebat,

et male *non* natos incudi reddere uersus.

nam 'et non' pro 'nec' posuisse Latinos, si ipsi negationi uim aliquam inesse noluerunt, non ignotum est: cf. Seyffertus ad Cic. Lael. I 4. inter 'male' autem et 'natos' interponi 'non' (id quod hic

salua sententiae perspicuitate fieri licuit), non mirum erit ei qui exempla a Bentleio ad hoc ipsum optinendum congesta inspexerit. unum addo. erant quibus coniectura Guetii et Heinsii 'formatos' ualde arrideret propter similem ut putabant locum Sidonii Apollinaris. apud quem epist. IX 13 legitur 'Horatiana incude formatos Aesclepiadeos'. quibus uerbis ille minime ad uersum nostrum respexit, sed ineudis imagine non ita insolita usus (quam uel apud prosae orationis scriptores habes, ut in Taciti dialogo c. 20 'iuuenes in ipsa studiorum incude positi' et apud ipsum Apollinarem epist. IV 1 'philosophica incude formatos') hoc solum uoluit: Aesc. Horatii more modoque factos. et ob internas causas illud 'formatos' reiculum esse demonstraui.

---

Absolutis quaestionibus in uerborum emendatione uersantibus flangitari a me sentio ut id quod de totius carminis condicione ac statu censeo aperiam. qua de re nunc eo lubentius dicam quo magis mihi quoque persuasissimum est eidem grammatico qui receptis male salsis coniecturis poetae uerbis tam grania infixit uulnera etiam maiores turbas imputandas esse.

Ordo uersuum qualis in codicibus habetur num genuinus uerusque esset, inde a saeculo XVI usque ad nostrum aeuom multi eique clarissimi uiri dubitabant quam maxime. sed eidem, cum res eo perueniret ut, quam quisque carminis formam cogitatione sibi finisset optimam, eam restituerent, tam diuersas in partes abierunt ut rarissime unus et alter in hac uel illa parte rectius collocanda consentirent, in summa autem quaestionis dissentirent omnes. quod non fieri non potuit in eis qui non tam quid Horatius scribere omnino nequisset seuerè examinabant, sed qualem unusquisque pro sui ingenii modulo artis poeticae conscribendae imaginem conceperat talem Horatio quoque obuersari debuisse statuebant, ex parte decepti eo quod artis poeticae titulo, quem uulgo libellus noster non recte prae se fert (qua de re nuper quaedam monnit Vahlenus in Hermae uol. XII p. 187), nimium tribuerunt. in tanta autem singularum sententiarum differentia facile explicatur quod plerique prae dubiis et incertis adquiescere maluerunt in textu uulgato, cuius praesertim defensores specie strenui gnauique non deessent. at qui sine opinione praedudicata neque inspectis aut defensitantium aut improbantium scriptis iterum iterumque ipsam epistolam quam

studiosissime perlegerit (et ego ipse tum demum, cum mea mihi sententia constabat, doctorum commentationes perlustravi), is necessario debet agnoscere summam in nonnullis carminis partibus perturbationem, cuius Horatium quidem reum facere non sit ansurus. Iubenter ei poetae, qui non tamquam rhetor grammaticusue totius artis poeticae systema per enchiridion discipulis traditurus sed ut amicus aetate proeclior sodalis carissimi filiis adolescentibus per epistolam potiora quaedam praecepta exhibiturus est, eam concedimus libertatem ut nec omnia in rem necessaria nec capita electa aequabiliter pertractet et materiam susceptam non instituta seuera austeraque distributione sed eo qui ipsi videtur ordine disponat et, si quando libet, extra ordinem enagatus paucisper a proposito degrediat, ut tamen facilis in viam sit reditus, denique tenuiore interdum filo singulas partes consueti conecctatque. sed his omnibus concessis, iure optimo ut nos poscimus ita sine dubio Pisones ceterique lectores Romani posebant ab Horatio, ut ne in his aberrationibus immisceret a quaestione cum maxime instituta plane aliena et in longe alia parte proferenda peccaretque contra regulam primariam ab ipso tam egregie defensam, secundum quam suo unumquodvis tempore dicendum est. et in hanc regulam, siquidem codicibus nostris credimus, Horatius non semel turpissime peccat; peccatque ita ut minime intellegamus causam tam foede deflectendi a vera via, quippe quae sine ullo labore patens vel mediocrem poetam latere nequiverit.

Itaque non iniuria tot viri docti tradito versuum ordine offensum periculum fecerunt, non transponendis his illis partibus dignum Horatio carmen efficere liceret. sed ut errores, quibus illorum conatus erant obnoxii, effugiamus et arte rationeque procedamus ac laboris nostri praemium referamus fructus solidos, ita haec quaestio erit dissoluenda ut quinam versus in quo sententiarum nexu plane sint intolerabiles demonstremus, tum de iusto legitimoque eorum loco videamus, denique num epistula sic reconcinata omni ex parte possit placere examinemus.

In unumquemque epistolam qualis nunc extat contemplanti mihi ultro sese obtulit tripartita materiae divisio. quae res non satis dispecta transpositionum superfluarum et incredibilium peperit multitudinem. nam in *prima* parte (1—72) habemus generalia carminum condendorum praecepta quaedam unicuique poetae tironi accommodata notitiaque. petito autem ex singulorum poeseos generum descriptione transitu (72—88) in *secunda* parte agitur de uno genere dramatis,

cui cum maxime Pisonum iuuenem alterutrum operam datam fuisse non inprobabilis coniectura est. denique in *tertia* parte iterum Horatius adhortationes magis in generale spectantes facit de qualitatibus poetae necessariis similibusque. et hanc quidem distributionem nebulis licet circumfusam uidere tamen etiamnunc mihi uideor.

In prima autem parte cum recte omnia currant, in secundae initio statim legentis animus turbatur insertis loco ineptissimo uersibus 136—152. nam uu. 120—135 et 153 sqq., id quod postea accuratius docebimus, artissime cohaerent, pessime autem interrumpuntur eo quem dixi panno. quid enim, amabo, ad tragoediarum scriptorem pertinent illa:

nec sic incipies, ut scriptor cyclicus olim:

fortunam Priami cautabo et nobile bellum,

quid cetera illa exempla ex Homero petita? quorum haec est summa 'primo ne medium, medio ne discrepet imum'. lege totum et dic mihi, quid lucri iude poetae dramatico redundet: respondendum tibi erit, siquidem uerus es, haec praecepta multo melius ad epicum dari eoque spectare ut carmen 'simplex et uuum' esse debere optineatur. hoc concesso iam perge et temet interroga, num appareat cur Horatius uu. 136—152 hic potius, ubi peruersissimi sunt, quam ibi, ubi optime leguntur ubique data opera de carminis et simplicitate et unitate agitur (1—23), collocare maluerit. iam ante nos Petrinus, Peerlkampius, Lehrsius uersus istos demouerunt reieceruntque in primam partem. et hos tu uiros propterea quod in uero conexu recipiendo humane errauerunt aut recte obseruatis falsa admiscuerunt, omnino non sequendos esse pertinacius contendes? nonne potius meliora inueniendi conatum facies uidebisque, num uersibus ita mecum ordinatis: 1—13, 136—152, 14—23 aptior conexus restituatur? et confido te huic conexum ultro agniturum esse aptissimum, quippe quo effectum sit ut omnia ad unum et simplex carmen pertinentia suo tempore et gradatim ('nec sic incipies' — 'inceptis granibus') in medium proferantur.

Iterum in secunda parte pergentis pedes labuntur obiectis tamquam itineris contiinuandi impedimento uersibus 240—243. in longiore expositione de fabula satyrica (quam nescio an in scena Romana reponendam commendare uoluerit) Horatius, postquam neque uerba uulgaria huic dramati couenire neque omnes eius personas uno eodemque modo loqui debere innuit (234—39), iam uu. 244 sqq. Fauis ipsis quouam modo sit dicendum declarat. ad haec autem de fabulae satyricae stilo praecepta nihil faciunt media illa (240—43)

'ex noto fictum carmen sequar — tantum de medio sumptis accedet honoris'. quorum haec una potest esse sententia: notum carmen si sequor, potero inde nouum tanta cum arte fingere, ut omnes clament se idem praestituros, sed conati desperent: tantum ut internae carminis uirtutes ita id ipsum quod notam materiam secutus sum ualent. quis autem in his uerbis 'ex noto fictum carmen sequar' ultro cogitabit de elocutione, de qua et antea et postea ita disseritur ut quod addi uelis nihil sit? nisi forte, ut Orellii uerbis utar, dices 'totam sententiarum seriem nos haec quoque de elocutione siue stilo, non de argumento dramatis satyrici, interpretari cogere'. nimirum hoc est quod optime Lehrsins perstrinxit [praef. p. V]: 'dass der gesunde Menschenverstand sich zu richten habe nach der Ueberlieferung, nicht die Ueberlieferung ihr Urtheil zu erwarten habe aus dem gesunden Menschenverstande, nach dieser Norm ist zwar von jeher in der Kritik mit ziemlicher Breite gebandelt worden, und breiter wohl nirgend, aus alter lieber Gewohnheit und paedagogischer Herzensangst, als im Horaz'. tantum autem abest ut hi uersus omnino in hanc de satyris disputationem quadrent ut a loco plane alio male diuolsi uideantur, scilicet ab eo cuius initium est illud 'aut famam sequere aut sibi conuenientia finge'. et hic quoque possum proferre qui ante me idem senserint. nam Desprezins, Peerkampins, Ribbeckius, Mauricius Schmidtus, quantumuis in medela discedunt, ipsum tamen uultus agnouerunt. ex quibus is quem primum nominavi a ueritate proxime abest, post u. 130 loenm nostrum reponens. tu uero sic colloca: 119—135, 240—243, 153 sqq. aut famam sequere, inquit Horatius, aut sibi conuenientia finge. illud si facis, cura ut characteres quales noti sunt seruentur; sin noue formas aliquam personam, uide ut ea sibi constet; sed difficile tamen est eas personas quae ita inclaruerunt ut quasi communes sint sic refingere ut tuum proprium et uere nouae esse uideantur; meliusque facies si notam Iliada in scenam producis quam si noua praue inuenire uelles. hanc autem publicam materiam (ut Homeri mythos personasque) tum poteris in tuum usum uocare, si neque in fabulis iam nimis uulgatis tritisque moraberis neque exemplaris tui imitator existes timidus et anxius. possum ego ex tali carmine noto ita nouum fingere ut melius fingi omnino nequeat, idque debeo cum ei rei quod uetera bene callideque serere ac iungere in nouam aliquam speciem scio, tum uero ei rei quod materiam iam uotam probatamque sumpsi. tu autem, si ita acturus es, nunc audi quid ego ceterique a te exspectemus.

Et aptiorem locum quam quem indicavi uu. 240—43 reddi posse nego. sic enim Horatius, antequam ad alia transgreditur u. 153 sqq. id quod maxime commendat, famam sequendam esse, iterum in fine totius expositionis stabilit confirmatque. reposuimus autem uu. 240—43 eo, unde eiciendos esse uu. 136—152 supra uidimus. et habere mihi uideor, quomodo hoc explicem. inuenit grammaticus, qui Horatii recensionem qualem nunc habemus instituit, in exemplari suo inter uu. 135 et 153 signum lacunae; sed cum ad uu. 240—43 casu quodam abruptos alterum signum non esset additum, lacunam utcumque explere studuit receptis uu. 136—152, quos, quod u. 129 Homeri fieret memoria, ideo huc conuenire putauit.

Vellem autem hic subsistere possem; sed enim temptanti reliquum carmen procul habitis interpretum artificis uere intellegere successus defecit. fungar igitur officio meo nudaboque difficultates omnes. et uersus quidem 251—274 et 285—294 cum interno quodam uinculo contineantur, hoc uinculum dirumpitur mediis uu. 275—284; neque enim claret, cur dramatis graeci historia, quae in initio secundae partis tangenda erat, hoc demum loco adferatur. nam quod dicunt Graecos et Romanos hic inter se opponi, nngae sunt et ineptiae altius inspicienti facile perspiciendae. et hac quoque in re consentientes mecum habeo haud paucos. iam uu. 285—294 cum bene continuentur uu. 295—322, iterum ea quae uu. 323—332 de Graiorum ingenio atque ore rotundo continetur expositio bilem nobis monet; quippe obscurissimum est quid haec degressio inter u. 322 et 333 arte conexos sibi uelit; neque hoc intellexerunt Desprezius, Petrinus, Ribbeckius, Maur. Schmidtus; quorum doctorum primus tertiusque uu. 323—332 post 274, secundus quartusque post 269 posuerunt. mihi quocumque horum praecessorum ignaro optime illi post u. 274 collocari sunt uisi: *bis* enim Graeci (uos exemplaria Graeca — Graeis ingenium) et Romani (at uestri proauis — Romani pueri) quam ualidissime inter se opponuntur. quid autem feci ego? iterum ei loco, ex quo expellendum erat emblemata ineptum, genuinum textum restitui, ut eodem plane modo quo supra causa transpositionis explicanda sit. remotis autem uu. 322—332 egregie Horatius promisso suo uu. 306—308 dato stat: nam illud 'unde parentur opes' u. 310 sq., porro 'quid alat formetque poetam' uu. 312—322, tum 'quid deceat quid non' uu. 333—340, denique 'quo uirtus quo ferat error' uu. 341—344 explicatur.

De uu. 275—284 autem, quos iam dixi initio partis secundae



conuenire, postea uidebimus: nunc finem poematis perlustremus. et inde a u. 345 usque ad u. 390 recte omnia procedunt (neque enim uu. 361—65 adinbitandi iustam causam uideo), sed un. 391—407 cui bono hic essent et quid ad rem facerent, omnes fere prudentes (nam interpretum nihil nescientium turbam mitto) ignorabant iuxta cum ignarissimis: D. Heinsius, Desprezius, Bouhicus, Ribbeckius, M. Schmidtus, qui tamen ingenio potius indulgentes quam arte hanc quaestionem dissoluentes uerum non attigerunt. nos hanc quoque difficultatem probabiliter mox subluros esse confidimus, si de cis quae secuntur constabit. nam nec resectis uu. 391—407 cohaerent uu. 408—418 cum u. 390; et praeter expectationem quaestio illa, ingeniumne an ars plus ualeat, hoc loco tractatur: nam antea u. 295 poeta de illa re egit. facileque intellegimus, sanum quidem scriptorem un. 408—418 inter uu. 294 et 295 collocare debuisse; postquam enim demonstratum est limae laborem moramque perosam esse poetis Romanis, egregie subiungitur hoc, utrum natura an arte carmen laudabile fiat (408 sqq); nec minus egregie quid hoc neglectum consequatur ostenditur copulatis uu. 416—18 et 295 sqq. et horum saltim partem (401—418 continuandos esse uersu 295) Ribbeckius quoque perspexit. iam superest ut unde uu. 391—407 huc delati sint enucleemus. nescio autem an idem ille grammaticus, quem iam bis signis in exemplari suo positus ad faciendas transpositiones praeue abusum esse cognouimus, ad uersum quoque 408 simile signum additumprehenderit, quod false interpretaretur. nimirum cum duobus locis prioribus (inter u. 135 et 153, porro inter 274 et 285) asterisci notam ·×· inueniret, ea quae hac nota ommissa indicabantur supplebat quantum potuit arreptis superioris carminis particulis quibusdam; ad uersum autem 408 cum extaret asterisci cum obelo ·×· — nota (quae secundum Suetonium ed. Reiff. p. 139 adhibebatur in uersibus non suo loco positis), neglecto obelo simplicem asteriscum uidere sibi nisus ante 408 quoque intrusit uersus ex alia parte sumptos. dixerit hic aliquis: 'scio equidem ex Suetonio, Valerium Probum in Horatio notas adposuisse criticas [cf. Stenpins, de Probris grammaticis, p. 48 sqq.]; at quomodo factum est ut duobus aliis locis transponendis (240—243 et 323—332) non asteriscus cum obelo, inter uersum autem 295 et 296 non simplex asteriscus esset affixus, unde facili opera genuinum conexum grammaticus tuus perspicere potuit?' cui interrogatori cum alia possunt responderi tum hoc, nihil magis quam tales notas criticas obnoxias fuisse

omissioni. neque hercle quidquam miri aut insoliti habet, quod, cum notae illae partim seruatae partim interlapsae essent, grammaticus noster in errores inductus est. omniumque minime hominis huius in errando infelicem perversitatem stupebit, qui totum grammaticorum antiquorum genus pernoverit. denique hoc addam. non ideo notarum criticarum auxilium accessiui ut transpositionibus meis maiorem adderem fidem; immo pristina epistolae forma ex internis rationibus eruta, cum ad harum difficultatum ut ita dicam recessum penetrare uellem, aduerterunt animum atque obstupefactum tenuerunt mirae illae errorum congruentiae supra expositae; et hinc quid rei esset explorans mox perspexi nihil mero casu peccatum esse, sed certa ratione omnium turbarum fontem posse pateferi.

Itaque quos uersus 275—284 et 391—407 grammaticus ad lacunas explendas aliunde sumpsit, eos nunc in genuinum conexum restituamus oportet. continent autem breuem cum uniuersae poeseos tum singulorum eius generum historiam, ut prius fragmentum sua sponte sese prodat continuationem esse alterius. coninctis autem uu. 391—407 et 275—284 pro epistolae distributione non alius est locus quam in transgressu a prima parte ad secundam facto, nisi quod dubium uidebitur utrum ante an post uu. 73—85 sint inserendi. illud tamen ut potius quam hoc uerum putem eo adducor quod rectius a descriptis principalibus poeseos generibus transeatur ad horum generum metra adumbranda quam ordine inuerso.

Quaestionem densis adhuc tenebris obrutam, in quibus discutendis anteriores critici nimis effrenata lubidine acti aut nihil aut parum profecerunt, tandem ad liquidum perduxisse atque seruata epistularum Horatianarum indole atque proprietate auctori carmen dignum ita reddidisse mihi uideor ut simul perturbationum causa atque origo sit aperta. sed ueritas in lucem uindicata quo magis palam fiat utque ea eruta legentium animi cum uoluptate fruantur, totum carmen tale quale restituiuis adponendum putauimus.

#### HORATHI EPISTULA AD PIONES.

- I. Humano capiti ceruicem pictor equinam  
 iungere si uelit et uarias inducere plumas  
 undique conlatis membris, ut turpiter atrum  
 desinat in piscem mulier formosa superne:  
 5 spectatum admissi risum teneatis, amici?  
 credite, Piones, isti tabulae fore librum

- persimilem, cuius uelut aegri somnia uanae  
 fingentur species, ut nec pes nec caput uni  
 reddatur formae. 'pictoribus atque poetis  
 10 quidlibet audendi semper fuit aequa potestas.'  
 scimus, et hanc ueniam petimusque damusque uicissim;  
 sed non ut placidis coeant inmitia, non ut  
 13 serpentes anibus gementur, tigribus agni.  
 136 nec sic incipies, ut scriptor cyclicus olim:  
 'fortunam Priami cantabo et nobile bellum.'  
 quid dignum tanto feret hic promissor hiatus?  
 parturiunt montes, nascetur ridiculus mns.  
 140 quanto rectius hic, qui nil molitur inepte:  
 'dic mihi, Musa, uirum, captae post tempora Troiae  
 qui mores hominum multorum uidit et urbes'.  
 non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem  
 cogitat ut speciosa dehinc miracula promat,  
 145 Antiphaten Scyllamque et cum Cyclope Charybdim.  
 nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,  
 nec gemino bellum Troianum orditur ab ovo;  
 semper ad euentum festinat et in medias res  
 non secus ac notas auditorem rapit et quae  
 150 desperat tractata nitescere posse, relinquit;  
 atque ita mentitur, sic ueris falsa remiscet,  
 152 primo ne medium, medio ne discrepet ium.  
 14 inceptis grauibus plerumque et magna professis  
 15 purpureus, late qui splendeat, unus et alter  
 adsnitur pannus, cum lucus et ara Dianae  
 et properantis aquae per amoenos ambitus agros  
 aut flumen Rhenum aut pluuius describitur arcus;  
 sed nunc non erat his locus. et fortasse cupressum  
 20 scis simulare: quid hoc, si fractis enatat exspes  
 nanibus, aere dato qui pingitur? amphora coepit  
 institui: currente rota cur urceus exit?  
 denique sit quidnis, *simplex* dumtaxat et *unum*. —  
 maxima pars uatum, pater et inuenes patre digni,  
 25 decipimur *specie recti*: breuis esse laboro,  
 obscurus fio; sectantem lenia nerui  
 deficient animique; professus grandia turget;  
 serpit humi tutus nimium cautusque procellae;  
 qui nariare capit rem prodigialiter nram,

- 30 delphinium siluis adpingit, fluctibus aprum:  
 in uitium ducit culpae fuga, si caret arte. —  
 Aemilium circa ludum faber unus et unguis  
 exprimet et mollis imitabitur aere capillos,  
 infelix operis summa, quia ponere *totum*
- 35 nesciet: hunc ego me, siquid componere curem,  
 non magis esse uelim, quam naso uiuere prauo,  
 spectandum nigris oculis nigroque capillo. —  
 sumite *materia* uestris, qui scribitis, *aequam*  
 uiribus et uersate diu, quid ferre recusent
- 40 quid ualeant humeri: cui lecta potenter erit res,  
 nec facundia deseret hunc nec lucidus ordo.  
*ordinis* haec uirtus erit et uenus, aut ego fallor,  
 ut iam nunc dicat iam nunc debentia dici  
 pluraque differat et praesens in tempus omittat,
- 45 hoc amet hoc spernat pro re. sit carminis auctor  
 in *uerbis* etiam tenuis cautusque serendis:  
 dixeris egregie, notum si callida uerbum  
 reddiderit iunctura nouum. si forte necesse est  
*indiciis* monstrare *recentibus* abdita rerum,
- 50 fingere cinctutis non exaudita Cethegis  
 conueniet; dabiturque licentia sumpta pudenter,  
 et noua fictaque nuper habebunt uerba fidem, si  
 Gracco fonte cadent parce detorta. quid autem  
 Caecilio Plautoque dabit Romanus ademptum
- 55 Vergilio Varioque? ego cur, acquirere panca  
 si possum, inuideor, cum lingua Catonis et Euni  
 sermonem patriam ditauerit et noua rerum  
 nomina protulerit? licuit semperque licebit  
 signatum praesente nota producere nomen.
- 60 ut siluae foliis priuos nudantur in aunos  
 primaque dant \*): ita uerborum uetus interit actas,  
 et iuuenum ritu florent modo nata nigentque.  
 debemur morti nos nostraque: siue receptus  
 terra Neptunus classes Aquilonibus arcet,
- 65 regis opus, sterilisue palus uix aptaque remis  
 uicinas urbes alit et graue sentit aratrum,

---

\*) ita de coniectura incerta scripsi, quo legi saltim locus possit.

- seu cursum mutauit iniquom frugibus amuis  
doctus iter melius: mox talia facta peribunt,  
nedum sermonum stet honos et gratia uiuax.
- 70 multa renascentur quae iam cecidere, cadentque  
quae uunc sunt in honore uocabula, si uolet usus,  
quem peues arbitrium est et ius et norma loquendi.
- II. 391 Siluestris homines sacer interpresque deorum  
caedibus et uictu foedo deterruit Orpheus,  
dictus ob hoc lenire tigres rabidosque leoues.  
dictus et Amphion, Thebanae conditor urbis,
- 395 saxa mouere sono testudinis et fide blauda  
ducere quo uellet. fuit haec sapientibus ansa,  
publica priuatis secernere, sacra profanis,  
conubitu prohibere uago, dare iura maritis,  
oppida moliri, leges incidere ligno.
- 400 sic honor et nomen diuinis uatibus atque  
carminibus uenit. post hos insignis Homerus  
Tyrtaeusque mares animos in Martia bella  
uersibus exacuit; dictae per carmina sortes,  
et uitae monstrata uia est; et gratia regum
- 405 Pieris temptata modis; luctusque repertus  
et longorum operum finis: ue forte pudori
- 407 sit tibi Musa lyrae sollers et cantor Apollo.
- 275 ignotum tragicæ genus inueuisse camenæ  
dicitur et plaustris uexisse poemata Thespis,  
quæ canerent agerentque peruncti faecibus ora.  
post hunc personæ pallæque repertor honestæ  
Aeschylus et modicis iustrauit pulpita tignis
- 280 et docuit magnumque loqui nitique cothurno.  
successit uetus his comoedia, non sine multa  
laude; sed in uitium libertas exiit et uim  
dignam lege regi; lex est accepta, chorusque
- 284 turpiter optiuit sublato iure nocendi. —
- 73 res gestæ regumque ducumque et tristia bella  
quo scribi possent *numero*, monstrauit Homerus.
- 75 uersibus impariter iunctis querimonia primum,  
post etiam inclusa est uoti sententia compos;  
quis tamen exiguos elegos emisit auctor,  
grammatici certant, et adhuc sub iudice lis est.

Archilochum proprio rabies armanit iambo:  
 80 hunc socci cepere pedem grandesque cothurni,  
 alternis aptum sermonibus et popularis  
 uincem strepitus et natum rebus agendis.  
 Musa dedit fidibus diuos puerosque deorum  
 et pugilem uictorem et equom certamine primum  
 85 et iuuenum curas et libera uina referre.

Descriptas seruare nices operumque colores,  
 cur ego, si nequeo ignoroque, poeta salutor?  
 cur nescire pudens praeue quam discere malo?  
 92 *singula quaeque locum teneant sortita decentem:*  
 uersibus exponi tragicis res comica non nolt,  
 90 indignatur item priuatis ac prope socco  
 dignis carminibus narrari cena Thyestae.  
 interdum tamen et uocem comoedia tollit,  
 iratusque Chremes tumido delitigat ore;  
 95 et tragicus plerumque dolet sermone pedestri,  
 Telephus et Peleus cum pauper et exul uterque  
 proicit ampullas et sesquipedalia uerba,  
 si curat cor spectantis tetigisse querella.  
 non satis est pulera esse poemata: dulcia sunt  
 100 et, quocumque uolent, animum auditoris agunto.  
 ut ridentibus adrident, ita flentibus afflent  
 humani uoltus: si uis me flere, dolendum est  
 primum ipsi tibi; tunc tua me infortunia laedent,  
 Telephe uel Peleu; male si mala fata loqueris,  
 105 aut dormitabo aut ridebo. tristia maestum  
 uoltum uerba decant, iratum plena minarum,  
 ludentem lasciuia, seuerum seria dictu.  
 format enim natura prius nos intus ad omnem  
 fortunarum habitum: iuuat aut impellit ad iram,  
 110 aut ad humum maerore graui deducit et angit;  
 post effert animi motus interprete lingua.  
 si dicentis erunt fortunis absona dicta,  
 Romani tollent equites peditesque cachinnum.  
 intererit multum, diuosne loquatur an heros,  
 115 maturusne senex an adhuc florente iuuenta  
 feruidus, et matrona potens an sedula nutrix,  
 mercatorne nagus cultorne florentis agelli,

- Colchus an Assyrius, Thebis nutritus an Argis. —  
*aut famam sequere aut sibi conuenientia finge.*
- 120 scriptor honorandus si forte reponis Aebillem,  
 impiger, iracundus, inexorabilis, acer  
 iura neget sibi nata, nihil non arroget armis.  
 sit Medea ferox inuictaque, flebilis Ino,  
 perfidus Ixion, Io uaga, tristes Orestes.
- 125 siquid inexpertum scenae committis et andes  
 personam formare nouam, seruetur ad immum  
 qualis ab incepto processerit, et sibi constet.  
 difficile est proprie communia dicere; tuque  
 rectius Iliacum carmen deducis in actus
- 130 quam si proferres ignota indictaque praeue.  
 publica materies priuati iuris erit, si  
 non circa uilem patulumque moraberis orbem,  
 nec uerbo uerbum curabis reddere fidus  
 interpret, nec desilies imitator in artum,
- 135 unde pedem proferre pudor netet aut operis lex.  
 240 ex noto fictum carmen sequar, ut sibi quiuis  
 speret idem, sudet multum frustraue laboret  
 ausus idem: tantum series iuncturaque pollet,  
 243 tantum de medio sumptis accedit honoris.
- 153 tu quid ego et populus mecum desideret, audi;  
 spectatoris eges aulaea manentis et usque  
 155 sessuri, donec cantor 'uos plaudite' dicat:  
*aetatis* cuiusque notandi sunt tibi *mores*,  
 mobilibusque decor, maturis dandus et annis.  
 reddere qui uoces iam scit pner et pede certo  
 signat bimum, gestit paribus concludere et iram
- 160 colligit ac ponit temere et mutatur in horas.  
 inerbis iuuenis, tandem custode remoto,  
 gaudet equis canibusque et aprici gramine campi,  
 cereus in uitium flecti, monitoribus asper,  
 utilium tardus prouisor, prodigus aeris,
- 165 sublimis cupidusque et amata relinquere pernix.  
 conuersis studiis aetas animusque uirilis  
 quaerit opes et amicitias, inseruit honori,  
 commisisse cauet, quod mox mutare laboret.  
 multa senem circumueniunt incommoda, nel quod
- 170 quaerit et inuentis miser abstinet ac timet uti,

uel quod res omnis timide gelideque ministrat  
 dilator spe, longus, iners pauidusque futuri,  
 difficilis, querulus, laudator temporis acti  
 se puero, castigator censorque minorum.

- 175 multa ferunt anni uenientes cominoda secum,  
 multa recedentes adimunt: ne forte seniles  
 mandentur iuueni partes pueroque uiriles;  
 semper in adiunctis aeuoque morabimur aptis. —  
*aut agitur res in scenis aut acta refertur.*
- 180 segnius iritant animos demissa per aurem  
 quam quae sunt oculis subiecta fidelibus et quae  
 ipse sibi tradit spectator. non tamen intus  
 digna geri promes in scenam, multaue tolles  
 ex oculis quae mox narret facundia praesens.
- 185 ne pueros coram populo Medea trucidet  
 aut humana palam coquat extra nefarius Atrous,  
 aut in auem Procne mutetur, Cadmus in anguem!  
 quodcumque ostendis mihi sic, incredulus odi. —  
 neue minor neu sit quinto productior actu
- 190 fabula, quae nosci uult et spectanda reponi.  
 nec deus intersit, nisi dignus uindice nodus  
 inciderit; nec quarta loqui persona laboret. —  
 actoris partes chorus officiumque uirile  
 defendat, neu quid medios intercinat actus
- 195 quod non proposito conducat et haereat apte.  
 ille bonis faueatque et consiliatur amice  
 et regat iratos et amet pacare timentis.  
 ille dapes laudet mensae breuis, ille salubrem  
 iustitiam legesque et apertis otia portis.
- 200 ille tegat commissa, deosque precetur et oret  
 ut redeat miscri, abeat fortuna superbis.  
 tibia non, ut nunc, orichalco uincta tubaeque  
 aemula, sed tenuis simplexque foramine pauco  
 adspirare et adesse choris erat utilis atque
- 205 nondum spissa nimis complere sedilia flatu,  
 quom fano populus numerabilis, utpote paruos,  
 et frugi castusque uerecundusque coibat.  
 postquam coepit agros extendere uictor et urbes  
 latior amplecti murus uinoque diurno
- 210 placari Genius festis impune diebus



- accessit numerisque modisque licentia maior.  
 indoctus quid enim saperet liberque laborum  
 rusticus urbano confusus, turpis honesto?  
 sic priscæ motumque et luxuriam addidit arti  
 215 tibicen traxitque uagus per pulpita uestem;  
 sic etiam fidibus uoces creuere seueris,  
 et tulit eloquium insolitum facundia praeceps,  
 utiliumque sagax rerum et diuina futuri  
 sortilegis non discrepuit sententia Delphis. —  
 220 carmine qui tragico uilem certauit ob hircum  
 mox etiam agrestis *Satyros* nudauit et asper  
 incolumi granitate iocum temptauit eo quod  
 inlecebris erat et grata nouitate morandus  
 spectator functusque sacris et potus et exlex.  
 225 uerum ita risores, ita commendare dicacis  
 conueniet *Satyros*, ita uertere seria ludo,  
 ne quicumque deus, quicumque adhibebitur heros,  
 regali conspectus in auro nuper et ostro,  
 migret in obscuras humili sermone tabernas,  
 230 aut, dum uitat hunc, nubes et inania captet.  
 effutire lenis indigna Tragoedia uersus,  
 ut festis matrona moneri iussa diebus,  
 intererit *Satyris* paulum pudibunda proteruis.  
 non ego inornata et dominantia nomina solum  
 235 uerbaque, *Pisones*, *Satyrorum* scriptor amabo,  
 nec sic enitar tragico differre colori,  
 ut nihil intersit, *Danosæ* loquatur et audax  
*Pythias* emuneto lucrata *Simone* talentum,  
 239 an custos famulusque dei *Silenus* alumni.  
 244 siluis educti caueant me iudice *Fauni*,  
 245 ne uelut innati triuuis ac paene forenses  
 aut nimium teneris inuenentur uersibus umquam,  
 aut immunda crepent ignominiosaque dicta:  
 offenduntur enim quibus est equos et pater et res,  
 nec, siquid fricti *ciceris* probat et nucis emptor,  
 250 aequis accipiunt animis donantne corona. —  
 syllaba longa breui subiecta uocatur *iambus*,  
 pes citus; unde etiam trimetris adrescere iussit  
 momen iambeis, cum senos redderet ictus  
 primus ad extremum similis sibi; mox tamen idem,

- 255 tardior ut paulo grauiorque ueniret ad auris,  
 spondeos stabilis in iura paterna recepit  
 commodus et patiens, non ut de sede secunda  
 cederet aut quarta socialiter. hic et in Acci  
 nobilibus trimetris apparet rarus et Enni;
- 260 in scenam missus quos magno pondere uersus  
 aut operae celeris nimium curaue carentis  
 aut ignoratae premit artis crimine turpi.  
 non quibus uidet inmodulata poemata iudex,  
 et data Romanis uenia est indigna poetis.
- 265 idcircone uager scribamque licenter, an omnis  
 uisuros peccata putem mea, tutus et extra  
 spem ueniae? cautus uitae denique culpam,  
 non laudem merni. uos *exemplaria Graeca*  
 nocturna uersate manu, uersate diurna.
- 270 at uestri proaui Plautinos et numeros et  
 laudauere sales, nimium patienter utrumque,  
 ne dicam stulte, mirati, si modo ego et uos
- 272 scimus inurbanum lepido seponere dicto.
- 323 Grais ingenium, Grais dedit ore rotundo  
 Musa loqui, praeter laudem nullius auaris:
- 325 Romani pueri longis rationibus assem  
 discunt in partes centum diducere. 'dicat  
 filius Albini: si de quincunce remota est  
 uncia, quid superat? poteras dixisse'. triens. 'eu!  
 rem poteris seruare tuam. redit uncia, quid fit?'
- 330 semis. — at haec animos aerugo et cura peculi  
 cum semel imbuerit, speramus carmina fingi
- 332 posse linenda cedro et leui seruanda cupresso?
- 285 nil intemptatum nostri liquere poetae  
 nec minimum meruere decus, uestigia graeca  
 ausi deserere et celebrare domestica facta,  
 uel qui praetextas uel qui docuere togatas:  
 nec uirtute foret clarisque potentius armis
- 290 quam lingua Latium, si non offenderet unum  
 quemque poetarum limae labor et mora. uos, o  
 Pompilius sanguis, carmen reprehendite, quod non  
 multa dies et multa litura coercuit atque
- 294 perfectum deciens non castigauit ad unguem.

- III. 408 *Natura fieret laudabile carmen an arte*  
 quaesitum est: ego nec studium siue diuite uena  
 410 nec rude quid prosit uideo ingenium: alterius sic  
 altera poscit opem res et coniurat amice.  
 qui studet optatam cursu contingere metam,  
 multa tulit fecitque puer, sudauit et alsit,  
 abstinuit uenere et uino; qui Pythia cautat  
 415 tibicen, didicit prius extimuitque magistrum.  
 uuuic satis est dixisse: 'ego mira poemata pango;  
 occupet extremum scabies; mihi turpe relinqui est  
 418 et quod nou didici saue uescire fateri.'  
 295 ingenium misera quia fortunatius arte  
 credit et excludit sanos Helicone poetas  
 Democritus, bona pars uou unguis pouere curat,  
 non barbam, secreta petit loca, baluea uitat.  
 uauiscetur enim pretium nomenque poetae,  
 300 qui tribus Anticyris caput iusanabile uumquam  
 tousori Licino commiserit. o ego laeuos,  
 qui purgor bilem sub uerni temporis horam!  
 non alius faceret meliora poemata: uerum  
 nil tanti est: ergo fuugar uice cotis, acutum  
 305 reddere quae ferrum ualet exsors ipsa secaudi:  
*munus et officium*, uil scribens ipse, *docebo*  
 309 *scribendi recte*. sapere est et principium et fons,  
 uude pareatur opes, quid alat formatque poetam,  
 quid deceat quid nou, quo uirtus quo ferat error.  
 310 rem tibi Isocraticae poterunt ostendere cartae,  
 uerbaque prouisam rem non inuita sequentur.  
 qui didicit patriae quid debeat et quid amicis,  
 quo sit amore pareus, quo frater amaudus et hospes,  
 quod sit conscripti, quod iudicis officium, quae  
 315 partes iu bellum missi ducis: ille profecto  
 reddere personae scit conuenientia cuique.  
 respicere exemplar uitae morumque iubebo  
 doctum imitatorem et uiuas hinc ducere uoces.  
 interdum speciosa locis morataque recte  
 320 fabula nullius ueneris, siue poudere et arte  
 ualdius oblectat populum meliusque moratur  
 322 quam uersus inopes rerum uugaeque cauorae.  
 333 aut prodesse uolunt aut delectare poetae,

- ant simul et iucunda et idonea dicere uitae:  
 335 quidquid praecipies, esto breuis, ut cito dicta  
 percipiant animi dociles teneantque fideles;  
 omne superuacuum pleno de pectore manat.  
 ficta uoluptatis causa sint proxima ueris,  
 nec quodcumque uolet, poscat sibi fabula credi,  
 340 neu pransae Lamiae niuom puerum extrahat aluo.  
 ceutrisae seniorum agitant expertia frugis,  
 celsi praetereunt austera poemata Ramnes:  
 omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,  
 lectorem delectando pariterque monendo.  
 345 hic meret aera liber Sosis, hic et mare transit  
 et longum noto scriptori prorogat aeuom.  
 sunt delicta tamen, quibus ignouisse uelimus:  
 nam neque chorda sonum reddit, quem uolt manus et mens,  
 poscentique grauem persaepe remittit acutum,  
 350 nec semper feriet quocumque minabitur arcus.  
 uerum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis  
 offendor maculis, quas aut incuria fudit  
 aut humana parum cavit natura. quid ergo est?  
 ut scriptor si peccat idem librarius usque  
 355 quamuis est monitus, uenia caret, et citharoedus  
 ridetur, chorda qui semper oberrat eadem:  
 sic mihi, qui multum cessat, fit Choerilus ille,  
 quem bis terue bonum cum risu miror; et idem  
 indignor, quando magnus dormitat Homerus;  
 360 uerum opere in longo fas est obrepere somnum.  
 ut pictura, poesis: erit quae, si propius stes,  
 te capiat magis, et quaedam, si longius abstes;  
 haec amat obscurum, uolet haec sub luce uideri,  
 iudicis argutum quae non formidat acumen;  
 365 haec placuit semel, haec deciens repetita placebit.  
 o maior inuenum, quamuis et uoce paterna  
 fingeris ad rectum et per te sapis, hoc tibi dictum  
 tolle memor, *certis medium et tolerabile rebus*  
 recte concedi; consultus iuris et actor  
 370 causarum mediocris abest uirtute disertis  
 Messalae nec scit quantum Cascellius Anlus,  
 sed tamen in pretio est: *mediocribus esse poetis*  
 non homines, non di, non concessere columnae.

- nt gratas inter mensas symphonia discors  
 375 et crassum unguentum et Sardo cum melle papauer  
 offendunt, poterat duci quia cena sine istis:  
 sic animis natum inuentumque poema inuandis,  
 si paulum summo decessit, uergit ad imum.  
 Indere qui nescit, campestribus abstinet armis,  
 380 indoctusque pilae discine trochine quiescit,  
 ne spissae risum tollant impune coronae:  
 qui nescit uersus tamen audet fingere. 'quidni?  
 liber et ingenuus, praesertim census equestrem  
 summam numerorum, uitioque remotus ab omni?'  
 385 tu nihil inuita dices faciesue Minerva:  
 id tibi indicium est, ea mens: siquid tamen olim  
 scripseris, in Maeci descendat iudicis anris  
 et patris et nostras, nonumque prematur in annum,  
 membranis intus positis: delere licebit  
 390 quod non edideris: nescit uox missa renerti.  
 419 ut praeco, ad merces turbam qui cogit emendas,  
 420 adsentatores iubet ad Incrum ire *poeta*  
*diues agris*, diues positis in fenore nummis.  
 si uero est unctus, qui rectam ponere possit  
 et spondere leni pro paupere et eripere artis  
 litibus implicitum, mirabor si sciet inter  
 425 noscere mendacem uerumque beatus amicum.  
 tu, sen donaris seu quid donare uoles cui,  
 nolito ad uersus tibi factos ducere plenum  
 laetitiae; clamabit enim 'recte! bene! pulcre!'  
 pallescet super his, etiam stillabit amicis  
 430 ex oculis rorem, saliet, tundet pede terram.  
 ut qui conductae plorant in funere, dicunt  
 et faciunt prope plura dolentibus ex animo, sic  
 derisor nero plus laudatore monetur.  
 reges dicuntur multis urgere culnullis  
 435 et torquere mero, quem perspexisse laborent,  
 an sit amicitia dignus: si carmina condas,  
 numquam te fallant animi sub uolpe latentes.  
 Quintilio siquid recitares, 'corriges odes  
 hoc' aiebat 'et hoc.' melius te posse negares,  
 440 bis terque expertum frustra: delere iubebat,  
 et male non natos incudi reddere uersus.

- si defendere delictum quam uertere malle,  
 nullum ultra uerbum aut operam insumebat inanem,  
 qui sine riuali teque et tua solus amares.  
 445 uir bonus et prudens uersus reprehendet inertis,  
 culpabit duros, incomptis adliuet atrum  
 trausuorso calamo siguum, ambitioea recidet  
 ornamenta, parum claris lucem dare coget,  
 arguet ambigue dictum, mutaуда uotabit,  
 450 fiet Aristarchus nec dicet 'cur ego amicam  
 offendam in nugis?' hae uugae seria ducent  
 iu mala derisum semel exceptumque siuistre.  
 ut mala quem scabies aut morbus regius urget  
 aut fanaticus error et iracunda Diana,  
 455 uesanum tetigisse timent fuginutque poetam  
 qui sapiunt; agitant pueri incautique secuntur.  
 hic dum sublimis uersus ructatur et errat,  
 si ueluti merulis iuteutus decidit auceps  
 in puteum foueamue, licet 'succurrite' longum  
 460 clamet 'io ciues!', non sit qui tollere curet.  
 si curet quis opem ferre et demittere fuem,  
 'qui scis, au prudens huc se deiecerit atque  
 seruari nolit' dicam, Siculique poetae  
 uarrabo iuteritum. dens immortalis haberi  
 465 dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aethuam  
 iusiluit. sit ius liceatque perire poetis:  
 iuuitum qui seruat, idem facit occidenti.  
 uec semel hoc fecit, nec, si retractus erit iam,  
 fiet homo et pouet famosae mortis amorem.  
 470 uec satis apparet, cur uersus factitet, utrum  
 minxerit in patrios cineres, au triste bideutal  
 mouerit incestus: certe furit, ac uelnt ursus,  
 obiectos caueae ualuit si frangere clatros,  
 indoctum doctumque fugat recitator acerbus;  
 475 quem uero arripuit, teuet occiditque legeudo,  
 nou missura cutem nisi plena cruoris hirudo.

---

Restat ut carmen eo quo descripsi ordine reformatum num omni  
 ex parte placere possit examinemus. sed hoc officio tu ipse, lector

candide, functus es perlegendo. quodsi epistularis huius opusculi naturae, qualem in iuitio disputationis meae adumbraui, bene memor perlegeris, concedas oportet in unaquaque parte siugula ex siugulis apta esse, omnia loco idoneo suoque proferri, denique iam poema Horatio auctore dignum haberi. sin erunt aliqui (nec omnibus mea me probaturum esse scio), quibus de hoc illoue supersint scrupuli quique unam et alteram rem uelut aliter esse institutam, ei reminiscantur aliud esse munus criseos philologicae, aliud aestheticae. philologi est ea quae ob certas indubitasque causas a scriptore aliquo dicta esse nequeunt demonstrare et pro uiribus emendare. hoc ego feci et ab his particulis, quas eis locis quibus in codd. extant ab Horatio ipso uullo pacto insertas esse inuictis argumentis apparet, profectus ad uerum eruendum processi, priores cum contra rationibus maxime aestheticis ducti et artis poeticae speciem quaudam perfectam adferentes non posseut non aberrare a uero. horum igitur exempla caueant isti mei reprehensores neue librariis ea deus culpa quae, si sunt uere culpanda, rectius imputabunt Horatio. qui tamen paratam habet apud omnes prudentes excusationem inde, quod artem poeticam consummatam edere neuitquam intendit.

---

IV.

§ - AD PROPERTIUM.

I 2, 9—14\*):

Aspice, quos summittat hnmus formosa colores  
 Et ueniant hederæ sponte sua melius ;  
 Surgat et in solis formosius arbutus antris,  
 Et sciat indocilis currere lympa uias.  
 Litora natiuis collucent picta lapillis,  
 Et uolucres nulla dulcius arte cannt.

In uno enuntiato bis uocabulum 'formosus' praeter necessitatem esse adhibitum, non crediderunt qui de poetae Umbri arte rectam sententiam mente sibi formabant. compluria igitur u. 11 ab Heinsio, Bentleio, Lachmanno temptata sunt. qui in criticae regulas peccauerunt, cum sedem uitii quaerent loco integerrimo, non ibi ubi sua sponte oculis attenti medici sese obfert uulnus. nam u. 9 'humus formosa', quantumuis per se bona, in hac sententiarum serie mala est. animam aduerte ad singularem artem, qua in unoquoque uersu poeta exprimit illud, natinam pulcritudinem praealere (u. 10 'sponte sua'; 11 'in solis antris', id est, desertis quae nunquam accessit pes hnmans; 12 'indociles'; 13 'natiuis'; 14 'nulla arte'). et eundem poetam huius disputationis ita initium fecisse putabimus, ut u. 9 poneret quod ambiguum esset quam maxime?

\*) numeros sequor editionis Lachmannianae minoris a 1829.



quippe humus tam arte quam natura fit formosa, ut hoc nihil ad propositum pertineat. nam quod Lachmannus eumque secuti alii sibi persuaserunt, 'sponte sua' e uersu proximo huc arcessi debere, suo iure Keilius impugnavit [obseru. crit. p. 32], 'quandoquidem id, in quo omnis uis posita est, in priore enuntiatu membro omitti non poterat'. fitque ea arcessitio eo difficillima quod (ipso Lachmanno agnoscente) u. 10 claudicantem constructionem stabilire oportet recepta Itolorum correctione 'ut ueniant'. itaque criticus circumspectus ipsi illi 'humus formosa', non u. 11, inesse mendum iudicabit. periclitati sunt autem Heinsius 'nemorosa', Wakefieldus 'uon uorsa', Keilius l.l. 'muscosa'. quorum temptaminum primum ultimumque eadem qua lectio tradita ambiguitate laborat, secundum ineptum est. non dubito quin poeta uoci 'humus' epitheton adiecerit, in quo (quemadmodum u. 11 in 'solis') iuculti notio cogitatione tantum adsumatur. corrige 'quos summittat humus *d*umosa colores'; cf. Placidus p. 32, 1 Deuerl. 'dusmum, incultum'. et passim dumi et dumeta neglecta et auia audiunt. sub his autem dumis flores uarios bellosque sua sponte gigni et crescere, non ignorat qui rerum naturam nouit.

Ibid 23, 24:

Non illis studium uulgo conquirere amantes:

Illis ampla satis forma pudicitia.

ridiculum uitium satis mirari nequeo nondum de medio esse sublatum. nam pudicitia, siue hic pro appositione siue pro ablatiuo sumis, nullam dat formam. heroinae illae uu. 15—20 enumeratae non studebant formae cultu atque elegantia amatorum de uulgo multitudinem, qua ut Thais Laisque et Phryne gloriarentur, ad se adlicere; sed summa illis laus erat uni uiro placere unice castitatem seruare. lege 'illis ampla satis fama pudicitia'. similiter habes l 15, 22 'Argiuae fama pudicitiae'.

l 5, 7—12:

Nou est illa uagis similis collata puellis:

Molliter irasci non solet illa tibi.

Quod si forte tuis non est contraria uotis,

At tibi curarum millia quanta dabit!

Non tibi iam somnos, nou illa relinquet ocellos:

Illam feros animis adligat una uiros.

Guilelmus Fischer in dissertatione Bonnensi a. 1863, cui 'de locis quibusdam Propertianis' est titulus, inter alia minime inscita de hoc loco ita egit ut 'conlata', prorsus quippe superfluum languidumque, a Propertio uenisse negaret. cuius rationi nemo non, puto, libenter adstipulabitur, nemo non aduersabitur eidem temptanti 'contacta'. sed ambigua est emendatio. et olim quidem, 'conlata' non pro 'comparata' sed ex noto participii usu pro 'comparabilis' sumendum esse ratus, ualde mihi placebam iu hoc inuento 'similis conlataq; uellis', hoc est, 'conlataque bellis.' sed scrupulum mox iniecit, quod 'bellae' nunquam substantiue (quemadmodum non ita raro 'formosae' apud Propertium) ponitur. itaque nunc eo adducor, ut rescribam 'similis *conparque* puellis'. nam 'par' et 'similis' saepe a Latinis coniunguntur: cf. Fr. Haasius ad Senecae nol. I praef. p. VII et Priapei XXXVII u. 12 'conpar consimiliisque'. ceterum pronem istud 'conlata' ex elegiae superioris n. 9.

Versus sequentis corruptio non fugit doctos. et in plerisque quidem editionibus receptum est Itolorum commentum haud inficetum 'non sciet illa tibi.' sed hoc quoque habet, quo offendamur. quid enim? nunquam uagarum leuiumque puellarum est proprium (hoc autem necessario statuendum est recepto illo 'non sciet illa') molliter tantummodo amatoribus irasci et grauem furorem omnino nescire? incongrua ista oppositio est. nihilo autem melior fit res Lachmanni coniectura 'non solet illa: time'. tu uero emenda:

molliter irasci non solet illa sibi.

Propertius igitur Cynthiam (quam alii quoque locis segregat a turba uulgarium et sponte peccantium mulierum) ut inuite peccare, ita, cum peccauerit, uix sibi ignoscere et iram de se conceptam in miserum corruptorem effundere (u. 10) affirmat. mirum autem est ita u. 9 de eadem Cynthia dici, quasi facile sit morem gestura Gallo. sed hic dubitantibus nobis ipsi succurrunt codices. nam illud 'tuis uotis' in libris interpolatis (ut Groningauo) habetur: boni fideique digni (quorum praeter Neapolitanaum conlatos habeo non paucos) legunt 'quod si forte ruis non est contraria nostris', ut hoc in archetypo olim lectum fuisse extra dubitationem sit positum. ex quo iam anteriores critici alia extuderunt, ut 'ausis' nel 'animis nostris', in eo falsi quod 'nostris' retinuerunt; nam uerba ad Gallum spectantia potius 'uestris' flagitant. itaque Heinsius 'ausis — uestris' probante Hemsterhusio praetulit. et 'uestris' pro 'nostris' reficetum (sexcentiens autem has uoculas commixtas esse nemo nescit) ut nos quoque probamus, ita longe abicimus 'ausis'. nam magnum aliquid

commemoretur oportet, cni tandem Cynthia quasi coacta cessura sit. et, qui tum erant Romae mores, uua res fere omnes puellas uel castas bonasque corrumpere ualuit, scilicet aurum. et his pelliciiis quam facile Cynthia quoque succumberet, ipse Propertius cum summo suo dolore expertus non ignorabat. quam sententiam iu huuc ferme modum poeta exprimere potuit:

quodsi fortunis non est contraria uestris.

nam 'uester' pro eo quod est 'tuus' dici constat; singularem autem et pluralem ('nt hic 'uestris' et 'tibi') itidem iuxta positos habes I 12, 1 sq.

His curis, pergit poeta, illa nullam iam quietem, nullum fastum tibi esse patietur; illa enim 'feros animis adligat una uiros', in his uerbis 'animis' interpretantur 'iracundia' aut 'fastu et nehemetia'. sed his nulla puella ad se uincire solet amatores. quos adligat potius corporis pulcritudine formaque. huic si (ut in Cynthia) accedunt animi mentisque bona, potest talis femina ita uiros capere captosque teuere, ut superbae fastum patienter tolerent omniaque eius inssa exequantur. 'animis' igitur rectum non est. praeterea quo iu nersu illo uox 'uua' spectet non satis dispicitur. qua duce restitue oppositionem frequentissime apud poetas latiuos obuiam (cf. ex. gr. Prop. I 13, 25):

illa feros *omnis* adligat una uiros.

Cynthia eis quibus excellit uirtutibus instructa potest uua omnes uiros quantumuis feros duosque ita ad se uiuicire nt firmiter adhaerescant seruiantque fideliter; nnde tibi quoque in amore illo certum anguror seruitinm. quod accuratius definitur eis qui secuntur uersibus.

In libri primi elegia septima Guil Fischerus rectissime uersus ultimos 25 et 26 traiecit post u. 14. uellem, etiam distichou antecedens, uu. 23 et 24, ibidem collocasset (hic ut uersuum ordo existat: 1—14; 23—26; 15—22). nam, quod est propositum carminis, iu uerbis 'tunc ego Romanis praeferar ingeniiis' apte clauditur; iuueuum autem commemoratio post illa est otiosissima, iuste fit post uu. 9—14. nam iuuenum illam in poetae sepulcro exclamationem (u. 24) cur medio carmini adsignare non liceat, mente non adsequor Fischerique ea de re disputationem minime comprobo.

I 8, 21—24:

Nam me non ullae poterunt corrumpere taedae,

Quin ego, uita, tuo limine uerba querar.

Nec me deficiet nantas rogitare citatos

'Dicite, quo portu clausa puella mea est?'

dominae licet perinrae numquam se et ipsnm fidem esse negaturum promittit poeta, quo durae puellae animum tangeret; uel absentis in limine querellas se profusurum nec quidquam quominus de eius fatis certior fieret praetermissurum. inest autem uerbis supra excriptis macula orationis: quam antequam tollam, breuiter dicam, pro 'taedae' (quod debetur correctoribus Italis) omnes codices integros 'de te' exhibere. non extat alter locus, quo 'taedae' aequae ac 'faces' amores significant; nam pro puellis 'taedas' dici, id quod ipse olim cum aliis multis opinabar, recte reiecit Lachmannus ad Prop. II 7, 8. neque est cur aut spernamus illud 'de te quin ego — querar' aut in 'non ullae' (scil. puellae) substantiue posito offendamur. iam uertamus nos ad eam quae minori uersui insedit corruptelam sanandam. in duas autem partes priores discesserunt, cum hi in uoce 'uita' illi in eo quod est 'uerba' uitinm quaerent; sed neutri protulerunt, in quo scrupulus non restet. equidem accedo eis, qui ex 'uita' genuinam lectionem eliciendam censuerunt. nec enim bene fieri potest ut poeta, quam u. 1 'dementem' et u. 17 'periuram' uocauit, eandem u. 21 blandissima usus adlocutione uitam suam appellauerit. qui si u. 40 hoc suum carmen uocat 'blandum', magis sensus tenerimi amoris plenus quam uerba fortia et subdtra spectauit. hinc illi 'uita' siue 'tuta' (ut nonnulli codd. habent) substituendum puto epitheton in querellis sollempne: 'de te quin *arguta* tuo limine uerba querar'.

Ibid. 39—42:

Hanc ego non auro, non Indis flectere conchis,

Sed potui blandi carminis obsequio.

Sunt igitur Musae, neque amanti tardus Apollo,

Quis ego fretus amo: Cynthia rara mea est.

de uoce 'obsequio' recte hic interpretanda despero; uide an dignius sit poeta hoc 'blandi carminis *adloquio*'. confidentius disserere posse uideor de u. 42 nec enim Apolline Musisque fretus amat, sed flectit obstinatam duramque puellam et uictoriam reportat. lege 'quis ego fretus *amo*: Cynthia rara mea est'. non paucis autem locis ouandi uerbum librariorum negligentia in amandi corruptum est; sic ex. gr. in Auiani fabulae XVIII u. 4 'rursus et e pastu turba rediret

amans' nox ultima in longe plurimis eisque antiquissimis libris extat, id quod uerum est 'ouans' duo codices seruauerunt.

## I 9, 1—16:

- Dicebam tibi uenturos, irrisor, amores,  
 Nec tibi perpetuo libera uerba fore.  
 Ecce iaces supplexque nenis ad iura puellae,  
 Et tibi nunc quouis imperat empta modo.  
 5 Non me Chaoniae uincant in amore columbae  
 Dicere, quos iuvenes quaeque puella domet.  
 Me dolor et lacrimae merito fecere peritum:  
 Atque ntinam posito dicar amore rudis!  
 Quid tibi nunc misero prodest graue dicere carmen  
 10 Aut Amphioniae moenia flere lyrae?  
 Plus in amore nalet Mimnermi uersus Homero:  
 Carmina mansuetus lenia quaerit Amor.  
 I, quaeso, et tristis istos compone libellos,  
 Et cane quod quaeuis nosse puella uelit.  
 15 Quid si non esset facilis tibi copia? nunc tu  
 Insans medio flumine quaeris aquam.

u. 4 'quouis' Itali dedere interpolatione obuia, cum 'quaeuis', quod libri fide digni tradunt, ut reliqua uerba leguntur, nihili sit. iam 'empta' unigo accipiunt (et aliter accipi sane nequit) de seruula aliqua a Pontico adamata; id quod iure meritoque iam Heimreichio [uouae quaest. Propert. p. 669] bilem monit. ceteris autem rationibus non ineptis adicere omisit uir ille doctus causam praecipuam, cur 'empta' illa sit ficticia putanda. nempe quam puella Ponticus flagraret, omnino nesciit Propertius; id quod ita ut dubitationi non sit locus iudicant carminis nostri uersus ultimi: 'quare, si pudor est, quam primum errata fatere: dicere, quo pereas, saepe in amore leuat'. itaque non in 'quaeuis', sed in 'imperat empta' mendum cubat. restitue: 'et tibi nunc quaeuis *it dea*, tempta modo'; id est, omnes puellas antea contempsisti, quas nunc unius amore saucia pro deabus habes. 'it dea' pro 'est dea', ut II 1, 8 'gaudet laudatis ire superba comis' et saepius. 'tibi' autem idem fere atque 'secundum tuam sententiam' ualet: cf. Catulli 86, 1 'Quintia formosa est multis, mihi candida, longa, recta est' aliaque.

Nullum uatem certiore esse in diuinandis iuuenum amoribus

quam se, poeta affirmat in eis quae secuntur; nam omnia amoris mala in semet ipso expertum nosse se, quibus indicis pectoris aestus prodatur. sed si eidem mille per annos Cynthiae fastus perpeti per fata humana licuisset, numquam credo eo scientiae peruenturus fuisset ut 'quos iuvenes quaeque puella domet' edicere posset. quod quo modo, per deos te oro, consequeretur? scripsisse potius uidetur 'quos iuvenes quamque puella domet', hoc sensu: possum ego certe dicere, qui iuvenes quantopere (siue leniter siue uehementer) puellae alicuius amore ardeant. quod ad illud 'quos quamque' attinet, cf. ex. gr. Nepos Timol. 2 'oculis cerneretur, quem et ex quanto regno ad quam fortunam detulisset'. olim conieceram 'quos iuvenes quando puella domet' (de 'quando' cf. L. Muellerus d. r. m. p. 337); sed mitius remedium praefero.

Verbum dicendi quod intra quatuor uersus (6—9) ter est repetitum, in hoc poeta tersissimo excusari nequit. et iam saepius memorauimus alibi, idem uocabulum, si absunt figurae rhetoricae, demum tertio quoque uersu a bouae notae poetis latinis iterari solere. corrige ergo n. 9 'atque utinam posito deuscar amore rudis': utinam me habeant nocentque homines in amore rudem, modo hunc ipsum ponere liceat. n. 13 anteriores critici recte improbabant illud 'tristis istos compone libellos'. nam etsi 'componere' interdum aequat fere 'deponere' (adferunt 'componere arma' similiaque), tamen 'componere libellos' unam habet certam stabilemque sententiam, qua ipse Propertius carminis septimi itidem ad Ponticum dati n. 19 dixit 'et frustra cupies mollem componere uersum'. tristis autem libelli, utpote mollibus oppositi, cum sint carmina seuera ac grandia (ut Pontici Thebais), 'depone' uel 'sepone' coniecerunt. tu restitue potius 'tristis istos iam pone libellos'; nisi forte 'istos composesce libellos' magis tibi adridebit.

Versus ultimos post priorum harrulationes bene Hertzbergius ita expediuit, ut ad illud 'facilis tibi copia' supplendum diceret 'canendi'. nam quod I 7, 19 sq. praedixerat poeta, nunc accidit: carminibus amatoris condendis imparem se profitetur Ponticus. hoc praemisso lectorem attentum non fugiet, uerba 'quid si non esset' uix sana esse. quorum forma genuina haec debet fuisse: 'quid? sic non extet facilis tibi copia?', i. e., in hoc rerum statu, cum tu incensus sis amoris aestu, non facile mollia poemata compones? hoc mihi indicio est, te tua bona non nosse, te nondum nero amore tactum esse (n. 17 sq.).

## I 15, 29—34:

Muta prius uasto labentur flumina ponto,  
 Annus et inuersas duxerit ante uices  
 Quam tua sub nostro mutetur pectore cura:  
 Sis quodcumque noles, non aliena tamen;  
 Quam mihi ne uiles isti uideantur ocelli,  
 Per quos saepe mihi credita perfidia est.

incredibile est pessimam Mureti coniecturam 'muta' (nam codd. 'multa' tradunt) potuisse a Lachmanno, Hauptio, L. Mnelleri in uerborum contextum recipi. quid enim illi inest, quod rerum naturae repugnet? uide Rhenum in hac Batania senis instar cursum longum peragentem: quam ille mutus mari influit! solitam autem poetis latinis in his ἀδυνάτοισι imaginem, qua flumina ad fontes 'uersa' dicuntur, propterea hic uitauit Propertius, quod statim uersu sequenti 'uices inuersas' posuit. dudum autem tam bona correctio huic loco inuenta est, ut quomodo ea ab quoquam sperni potuerit difficile sit intellectu. quid enim apertius est Passeratii commento 'nulla prius uasto labentur flumina ponto'? cf. aetatis Neroneae poeta in Anth. lat. I 440, 5 sq. 'Ante . . . et Rhodanus nullas in mare ducet aquas'. hactenus alienae coniecturae adsertores extitimus: nunc nostram rem agemus. nam id quod in u. 33 initio legitur 'quam' ab sententia respui, consentiunt fere docti. qui cum 'nam mihi' aut 'tam mihi' similiaue conicerent, omiserunt non 'mihi', sed 'tibi' praeberi a codd. optimis. et alio quam quo illi tetenderunt ducit loci conexus, secundum quem dicit poeta: tu, qualiscumque es, semper mihi cara eris, modo ne adeo contemnas oculos tuos (quibus ego, quamuis fallacibus, libenter tamen saepe credidi), ut per eos perires, immemor deorum poenae (u. 35 sqq.). itaque ad id quod posuerat u. 32 condicionem quandam subinngit, plane ut I 2, 31 sq.: 'his tu semper eris nostrae gratissima uitae, taedia dum miserae sint tibi luxuriae'. hinc corrige 'non aliena tamen, dum tibi ne uiles isti uideantur ocelli'. eo autem facilius 'dum' in 'quam' deprauatum est, quod haec uocula iam u. 31 praecessit.

## I 17, 9—12:

Tu tamen in melius saeuas conuerte querellas:  
 Sat tibi sit poenae nox et iniqua uada.  
 An poteris siccis mea fata opponere ocellis,  
 Osaque nulla tuo nostra tenere sinu?

ab Italis repositum est 'oppouere ocellis', testes luculenti cum demonstrent archetypi fuisse scripturam 'reponere ocellis'. hoc nauici esse, non latuit nimirum priscos saeculi XV doctos, latinis recentiores interpretes nauiter defeudentes (ueluti 'reponere' explicant 'ante oculos ponere' uel 'seponere', quod fere sit 'interitum meum non curare', et quae sunt similes nngae). sed quod substituere Itali 'opponere' non maioris est pretii; nam Ciceronis (pro Quint. 14) exemplum ab Hertzbergio adlatum alienissimum est. sententia poetae est haec: desine mihi mala imprecari; sis contenta eo, quod in litore deserto tempestatibus attineor; an tu eo usque saeua es, ut mortem meam cupias nihilque mei uelis retinere? lege: 'siccis mea fata reponere ocellis'. simillime habes II 1, 71 'quandocumque igitur uitam mea fata reponent'. et, ut Horatius alique, aliquotiens uerba cum 're' composita pro simplicibus adhibet Prop. (cf. II 29, 5 'retinere').

Unum ex suauissimis teueris et Propertii carminibus est illud, quo poeta siluis et rupibus queritur iniuriam a Cynthia sibi inlatam (I 18). cuius opusculi uersibus nonnullis iam alii medebantur, sed restant praeter dubia quaedam\*) in fine aliquot corruptelae certae fallor emendatione sanabiles. totum locum adponam, qualis est in codicibus:

- 16 An quia parua damus mutato signa colore,  
Et non ulla meo clamat in ore fides?  
Vos eritis testes, siquos habet arbor amores,
- 20 Fagus et Arcadio pinus amica deo.  
Ah quotiens teneras resonant mea uerba sub umbras,  
Scribitur et uestris 'Cynthia' corticibus!  
An tua quod peperit nobis iniuria cras,  
Quae solum tacitis cognita sunt foribus?
- 25 Omnia consueui timidus perferre superbae  
Iussa, neque arguto facta dolore queri.  
Pro quo, diuini Fontes, et frigida rupes  
Et datur iuculto tramite dura quies:  
Et quodcumque meae poterunt narrare querelae

\*) ut u. 15 sq. 'et tua flendo lumina deiectis turpia sint lacrimis'. in quibus uerbis 'flendo' otiosissime cum illo 'deiectis lacrimis' copulatur, ut merum glossema uideatur esse. quamquam incerta est emendatio, tamen ad loci Catulliani 'tua nunc opera meae puellae flendo turgiduli rubent ocelli' similitudinem non male conicias 'et tua per me lumina' eqs.



30

Cogor ad argutas dicere solus aues.

Sed qualiscumque es, resouent mihi 'Cynthia' siluae,

Nec deserta tuo uomine saxa uacent.

u. 17 dudum Itali uere 'calore' restituere; colore' enim (quod probi codd. praestant), quiddid de amantium pallore identidem mouent, propterea nou locum habet quod non tam de amoris iuitio, in quod unum coloris mutatio conueit, sed de ueteris amoris uiuculo per rixam aliquam interrupto agitur. sed quid iam fiet toto illi 'parua damus mutato signa calore'? multi (cf. Hertzbergius) dictum sumunt pro: 'parua signa caloris damus, uude calorem mutatum conicias.' qualis sententia latinam formam habet hanc 'mutati signa caloris', ut 'mutati' per prolepsiu sit explicandum; sic legitur IV 8, 9 'ueri dantur mihi signa caloris'. ablatiuum 'mutato calore' qui praetulit, is per illum designabat causam, cur parua daret signa. iam res ipsa, cuius signa dantur, ex causa addita (seu, ut Lachmannus sit, ex adiectis) nullo pacto patet. iutuearis exempla a Lachmanno congesta: Ouidii fast. II 152 'magnaue discedeus signa reliquit hiems' (ubi, quia 'hiems' regit euuuiatum, facile 'signa sui' explicamus; sed nihil hic locus ad nostrum defendendum ualeat); porro metam. VII 725 'culpa domus ipsa carebat signaque casta dabat' (hoc est: signa castitatis), denique Lucretii III 523 'ergo animus, siue aegrescit, mortalia signa (= signa mortalitatis) mittit.' qui loci ut Lachmanni sententiae pondus nulum addunt, ita uiam ad rectum inueniendum moustrant, modo abiectis uanis interpretationibus uersum nostrum de corruptela suspectum esse caudide agnoscas. lege: 'an quia *dura* damus mutato signa calore?', hoc est, propter mutatum amorem duritatis in te signa exhibemus. de uocabulo 'durus' in his amantium litibus sollemui non est quod multis disseram; nam quotiens altera pars alteri obicit atque obprobrio uertit aut crudelitatem aut amoris refrigerationem aut obliuionem, illo utitur; cf. ex. gr. I 6, 18 'et nihil infido durius esse uiro.'

Hoc igitur duritiae in Cynthia opprobrium fictum reiecturus aduocat poeta uoster tamquam testes fagos piusque in montibus desertis, ubi uersatur, extantes. in qua aduocatione 'teuerae umbrae' inexpectatae adsunt. nam utut umbras accipis (et non siue probabilitate ramos foliaque arborum esse uult Hertzbergius): utrum illae teuerae au grandes (leues au deusae) siut, nihil hic quidem refert. sed nec Schraderi et Koppiersii 'uestras sub umbras' et 'teueris corticibus' scribentium diuinatio, quam ceterorum commenta longe

superare recte contendit Lachmannus, certam ob causam admitti potest. quae enim, quaeso, sunt uerba illa? quomodo Cythiae amorem non mutatum auimumque ab omni duritie alieum comprobabit poeta, si uerba sua resonare sub umbras fagorum pinuumque his ipsis testibus enicerit? corrige 'a, quotiens tenera *has* resouant mea uerba sub umbras'; nam et 'has umbras' unnequisque intellegit eas, sub quibus poeta humi stratum se fingit, et 'tenera uerba' (uide autem, quam efficax sit opposito inter 'dura' u. 17 et 'tenera', quo illi respondetur) sunt mollia, delicata, amatoria; cf. Ouidus a. a. II 273 'teneri uersus', am. III 8, 2 'tenerum carmen'; Claudianus, rapt. Pros. I 323 'tenero sermone' similiaque.

Pedetemptim in hoc loco progrediendum est: tam grauia ulcera praefert. stupere autem licet in u. 23 singulare quoddam Lachmanni artificium, qui seruaturus codicum apices haec adnotat: 'at poeta, an, inquit, tristitiae tuae causa est (id et huic nersu et 17 ex decimo applicandum), quod infidiam tuam me aegre tulisse credis? meue iniuria tua offendi potuisse? ego omnia iussa tua timidus fero, nec me ininria tibi mutare potest.' haec ille peruersissime; neque enim uu. 17 et 23 ex u. 10 pendent, sed una cum u. 10 ex uono, qui est hic 'quid tantum merui? quae te mihi crimina mutant?' iam ipse poeta sibi fingit crimina, quibus irata sit Cynthia. hiuc u. 10 quaerit 'an uoua tristitiae causa puella tuae?' id est, aemula aliqua a me tibi praelata. quo crimine reiecto iterum u. 17 quaerit 'an quia dura damus mutato signa calore?' hoc quoque postquam diluit, tertium u. 23 testibus codicibus quaerit: 'an tua quod peperit nobis iniuria cnras?' sed hoc quam absurde quaesitum sit, statim semel monitus agnosces. nam iniuria a Cynthia inlata cnraeque inde Propertio natae nentiquam numerari possunt inter crimina a poeta commissa, quibus ab hoc puella alienata sit. id simplici quo fruebantur recti pulerique sensu docti quidam Itali uiderunt reposueruntque 'ah tua quot peperit nobis iniuria curas', egregie hoc quidem, siquidem et anaphora sic recipitata nihil hic fingi potest accommodatius et iam quaestionibus illis u. 10 et 17 propositis ita respondetur, ut uon a poeta Cynthiae, sed a Cythia poetae iniuriam esse factam pateat. sed neque Itali illi ueque posteriores critici summam uersus subsequentis prauitatem animaduertebant. iniuriam illam illasque curas solum 'tacitis foribus' cognita esse si re uera adfirmavit Propertius, tam puerili leuitate consilii sui institutique oblitus est ut ant miserationem mereretur aut contemptum. nam loca deserta propterea appetinerat, quod

essent 'taciturna querenti' et inpuere ibi liceret 'ocultos proferre dolores' (uu. 1—3). et teuera illa uerba sub umbras arborum resonantia eequid aliud erant quam molles de iniuria sibi facta deque curis suis querimoniae cum perpetui in Cynthiam amoris adfirmationibus mixtae? in solitudine autem has querellas ideo edidit, quia eo seruitutis peruenerat ut iam omnia puellae superbae iussa ferret nec alta uoce palamque eius facinora dolere sustineret, in hac quoque re Cynthiae aeternas amatoris querimouias perosae obtemperans. itaque occultorum hucusque dolorum lenimen quaesturus aufugerat in siluas. uude ianuam tacitam eius querellas audiuisse per se parum est probabile; eandem uero *solum* illas audiuisse, totum carmen redarguit. lege 'quae solnm tacitis cognita suut *foliis*', id est, siluis; cf. Propertii locus infra in fine exhibitus. et est haec sententia uere poetica, secundum quam arborum froudes participes fiunt miseriarum, quibus premuntur amantes. uolo ad nostri aevi poetas prouocare, cum ab ipsis ueteribus talia non sicut aliena: cf. Lydiae, carminis pseudouergiliani, initium. — u. 27, cum uerborum 'diuini Fontes' corruptio in oculos incurrat, omnium optime Heiusius emendauit 'dumosi montes'; nisi quod paulo propius a traditis litteris 'cliuosi montes' abesse alicui poterit uideri.

Postquam Propertius causam solitudinis petitaе exposuit, quidquid queri uellet possetque, ad argutas aues solum dicere se cogi in fine adicit. hoc rursus adeo sensu idoneo caret, ut a poeta nostro pronuntiatum esse nequeat. non quia ipsa sententia non decet poetam (et erant qui me relegent ad illud Propertii I 17, 2 'uuuc ego desertas alloquor aleyonas'; cuius loci etsi similis tamen alia est ratio; nam ut tunc non habuit poeta uisi illas, quibus mala sua quere-retur, ita ab eisdem ut mare placatum reddereut precatus est); sed quia is qui cogitur ad certum aliquem dicere praeterca ad quem dicat non habet. uerum eum uero cum siluis saxisque iam dolores suos communicauerat poeta. omnis autem uis euuntiati posita est in uoce 'solus' (a domina dura quominus ederet questus prohibitus in exilium et solitudinem est pulsus), ut ad uerba 'dicere solus' nihil desideremus additum nisi forte comparisonem. corrige:

cogor *ut* argutae dicere solus aues.

cum de omnibus auibis in siluis querentibus (cf. Hor. epod. 2, 26), tum de philomela potissimum cogitat Propertius, quae sub nocte sola cantus maestos profundit. et cum hac homines querellas lugubres edentes haud raro comparatur: cf. Catulli 65, 12 'semper maesta tua carmina morte canam, qualia sub deusis ramorum

concinat umbris Daulias absumpti fata gemens Itylei.' quem locum imitati sunt auctor epistolae Sapphus 153—156 (155 sq.: 'ales Ityn, Sappho desertos cantat amores; hactenus in media cetera nocte silent') et Seneca in Hercule Oetaeo 193sq.; et ita ipse Propertius III 20, 5 'non tam [quam Cynthia queritur] nocturna uolucris funesta querella Attica Cecropiis obstrepat in foliis.'

I 20, 3 sq.:

Saepe imprudenti fortuna occurrit amanti.

Crudelis Minyis dixerit Ascanius.

uersum pentametrum ita explicant: hoc (scil. imprudenti amanti occurrere fortunam) Ascanius fluuius, Minyis ille crudelis, ostendat (= ostendat), 'i. e., non modo tunc docuit, sed nunc et omni tempore' (Hertzbergii sunt uerba). sed desidero uel unicum exemplum quo 'dicere' idem atque 'docere, ostendere' esse comprobetur. certe ei adferendo pepercere interpretes. est autem 'dixerit' merus calami error in Neapolitano; nam 'dixera' in archetypo fuisse traditum, ceterorum librorum fere omnium consensus docet. emaculatur hoc modo uersiculus: 'crudelis Minyis sic erat Ascanius': ita, scil. dum aduersatur nocetque Herculi imprudenti, Minyis crudelis extitit Ascanius.

In Hylae rapti historia deinde narrata indignam subiere fortunam puellae fontium, Hydriades. quod nomen scribis insuetum cum in codd. corruptum extet, editores eas in Dryadas, Adryadas, Hamadryadas, diuersa longe numina, de suo mutauerunt; neque nuperimus editor, L. Muellnerus, has nugae expulit. quamquam iam Lachmannus u. 12 'non minor Ausoniis est amor Adryasin' ex tradito illo 'adriacis' elicuerat 'Hydriasin', mira ille inconstantia intactos relinquens ceteros uersus. a quo coeptum perfecit R. Ungerns, uir impense doctus, cum Analect. Prop. pag. 25—27 data opera de hac re egit. hic negari non potest quin u. 45 'cuius ut accensae Dryades candore puellae' certa emendatione 'Hydriades' restituerit. sed u. 32, qui iam restat, cum traditum sit 'a dolor ibat Hylas ibat amadrias hinc', male Ungerns coniecit 'at dolor ibat Hylas, ibat at Hydriasin.' nam particula aduersatina in altera certe enuntiati parte admitti non potest. immo Alexandri Aetoli uersum ab ipso Ungero citatum, qui est hic *αὐτὸς δ' ἐς νόμους ὤχετ' Ἐρυθρίδας* (Parth. *ἔρωτ. παθ.* XIV 22), Propertio obuersatum esse ueri

duco simillimum. reddamus igitur poetae aut 'Ephydriasin' aut, quo litterae magis ducunt, 'Euydriasin', hoc modo: 'a, dolor! ibat Hylas, ibat Euydriasin'.

---

II 1, 30 sqq.:

Aut Ptolomaei litora capta Phari

Aut canerem Aegyptum et Nilum, cum tractus in urbem

Septem captiuis debilis ibat aquis.

in libris cum sit u. 30 'Et ptol.' et u. 31 'Aut canerem', recte Schraderus uoculas 'Et' et 'Aut' traiecit, ut haec omnia ad unam Aegyptum pertinerent. sed cum Pharo et Nilo satis terra Aegyptia designetur, nou est ratio interpositae uocis 'Aegyptum'. quam restituerunt prisca editores utpote in loco ualde corrupto. codices autem hic quoque in duas partes discedunt. nam una eaque melior familia ita praebet u. 31 'Aut canerem cyptum (ciptum) et nilum cum attractus (attractatus) in urbem', altera sic habet 'Aut canerem cyprum et nilum cum tractus in urbem'. omnia autem sanae artis praecepta nos mouent ut priorem scripturam utpote a melioribus libris exhibitam et per se difficiliorem olim in archetypo extitisse sumamus, alteram ut plauam abque Italis restitutam abiciamus. et illud quidem 'cyptum' siue 'ciptum' pridem emendauit in 'Coptum' adsentientibus L. Muellero aliisque. 'attractus' autem (siue 'attractatus') nunc non corrigendum censeo in 'tractus', sed uoci illi subesse puto aliquid exquisitius. nam ut Statius loco iam olim a me adlato [Theb. I, 264 sq.] dixit 'aerisoui lugentia flumina Nil', ita hic Propertius Nilum lugentis more modoque in urbem incessisse, nisi plane fallor, fluxit. emenda: 'Et canerem Coptum et Nilum, cum a/ractus in urbem Septem captiuis debilis ibat aquis'. notum est, 'atratum' dici eum qui ueste lugubri indutus est:

---

II 2, 5—8:

Fulua coma est longaeque manus et maxima toto

Corpore, et incedit uel Ioue digna soror,

Aut cum Dulichias Pallas spatiat ad aras,

Gorgonis anguiferae pectus operta comis.

includunt interpretibus uerba 'uel Ioue digna soror'. nam si Proper-

tius hoc uoluit 'Cynthia incedit tamquam altera Iuno', quidni uitata omni obscuritate scripsit 'ceu Iouis alma soror'? cur praetulit quod nemo Romanorum intellexit? missis igitur nugis Lachmannus proposuit 'incedit uel Ioue dignus amor', uiolentiore quam qua opus est mutatione. recte enim procedunt illa 'incedit uel Ioue digna': cf. I 13, 29 'nec mirum, cum sit Ioue digna (scil. amasio), et proxima Ledaë'. in 'soror' autem latere puto 'solo': cf. Verg. Aen. IV 177 'ingrediturque solo'. in terra incedit, quamquam caelo adeoque Ioue digna. — in sequente uersu Liuineius probante Lachmanno coniecit 'ut cum'; et certe subest uitium. lege 'aut ceu Dulichias'.

II 3, 21, sq:

Et sua cum antiquae committit scripta Corinnae,  
Carminaque Erinnes non putat aequa suis.

miro consensu omnes codices probi tradunt 'carmina quae quiuis non putat aequa suis', nisi quod unus eorum in margine habet adscriptum 'uel lyrines', unde in libros aliquot interpolatione corruptos irrepsit 'lyrines' uel 'lyrnes'. quae lectio praua Antonio Volsco ansam dedit ad coniciendum 'Erinnes'; quod commentum sane quam ingeniosum fere omnium nanctum est assensum plane inmerito. nam illud 'lyrines' uix aliud est quam glossa ad uocem 'Corinnae' adposita. deinde cum omnium codicum Propertianorum unus idemque fuerit archetypus (id quod certo mihi certius est), quomodo factum est ut fida eius apographa, uariis ea gradibus inde saeculo XIV profecta, ad nnum omnia 'quiuis', pauci tantum eique pessimae notae libri 'lyrines' similiaue exhibeant? arti igitur rationique dant colaphos, qui in emendando loco ab eo quod est 'quiuis' recedunt. quid quod hinc minimo negotio suum Propertio restitnere licet? emenda: 'carminaque a uiuis non putat aequa suis'. Cynthia carmina sua cum antiquae Corinnae scriptis comparat, uiuorum scripta plane imparia putans. quod iudicium superbae et fastidienti mulieri, qualem ex Propertii poematis nouimus, optime conuenit. ceterum animum aduerte ad egregiam oppositionem 'antiquae' et 'uiuus'. in poetica autem oratione non raro origo alicuius rei non per genetiuum, sed per ablatiuum cum 'a' praepositione iunctum exprimitur; 'carmina a uiuis' igitur pro 'carmina uiuorum' eodem modo dictum est quo legitur apud Verg. Georg. II 243 'dulces a fonti-

bus undae' (= fontinum undae); idem Buc. I, 8 'nostris ab ouilibus agnans', et hoc genus alia. ad homoioteleuton 'uiuis — suis' quod attinet, cadit hoc in primum consonantiae poetis concessae genus a Lachmanno edit. mai. p. 22 expositum.

---

II 5, 27 sq.:

Scribam igitur quod non umquam tua deleat aetas:

'Cynthia forma potens, Cynthia uerba leuis'.

insolite hoc dictum est, Cynthiae uitam, licet longissimam, nunquam nersum illum maledicum esse deleturam. quod qui agnoscit ante me pluribusque explanauit, H. A. Kochius in symb. philol. Bonn. p. 323, excogitauit hoc 'carmen quod numquam ulla eluat aetas'. quod num nullum praeconem sit habiturum dubito. et certe a lenitate mutationis praestat: 'quod non umquam tua deleat *acta*': eorum quae in egisti memoria uersu meo erit aeterna, perpetuo stigmatibus factis tuis innsto.

---

II 6, 37 sq.:

Quos igitur tibi custodes, quae limina ponam,

Quae numquam supra pes inimicus eat?

risni est 'quae limina'. quasi uero uaga dubiaque, non certa ac stabilia illa fuissent. egregie igitur a sententia Heinsius coniecit 'ad limina' (quod cum Lachmannus in 'quae ad limina' mutaret, in peius mutauit), sed a palaeographica ratione praefendum est 'custodes *per* limina ponam' ('per' noto poetarum usu pro 'in': cf. interpp. ad Valer. Flacc. IV 750). nam 'per' et 'qui' uel 'quae' compendiosae scripta interdum locum inter se mutantur. ceterum nec illud 'quos custodes' integrum habeo, et eo paene adducor, ut 'quor' pro 'quos' reponam.

---

II 7, 11 sq. in codicibus integris extat:

Ah, mea tum qualis caneret tibi tibia somnos,

Tibia fnesta tristior illa tuba!

Itali ingrato puto sono uerborum 'tibi tibia' offensi e coniectura 'tibi

Cynthia' scripsere; quod in libris interpolatis receptum est. nec tamen ita sustulere uitium altius reconditum. numquam euenturam esse innuerat poeta uu. 7—10, ut ipse alterius feminae maritus factus Cynthiae limina transiret. hoc recte accipiunt de pompa nuptiali, qua tempore uespertino coniuges ad mariti domum deducebantur. tum autem quomodo Propertii tibia Cynthiae somnos canere potuit? immo intellegendus est ille tibiae cantus, quo pompae comites coniuges in cubile procedentes prosequerantur. itaque 'mea' sua sponte corruptelam prodit; praeterea a latinitate suspectissima est locutio 'somnos canere.' quam qui explicant 'canendo somnos facere et conciliare', nec ratione nec analogia sese defendere possunt. erat cum sub litteris 'ah mea' uocabulum 'Hymen' latitare putarem; nunc totum uersum sic refingo: *carmina* tum qualis caneret *sub* tibia somnos, innisus cum maxime aperta Ouidii imitatione in heroid. XII 139 sq.: 'tibiaque effundit socialia carmina uobis, at mihi funerea flebiliora tuba'.

His adiciam, ex fragmentorum cumulo praecedenti (eleg. 6) panum ultimum (u. 41 sq.) olim in hac elegia, et in ea quidem lacuna, quae est inter u. 12 et 13, collocatum fuisse uideri.

---

II 9, 17—20:

Tunc igitur ueris gaudebat Graecia uatis,  
 Tunc etiam felix inter et arma pudor.  
 At tu non una potuisti nocte uacare,  
 Impia, non unum sola manere diem.

prole non notha spuriaque tunc Graeciam gauisam esse, nihil ad rem facit. adductae sunt Penelope, 'tam multis femina cineta precis' (sic enim u. 4 ex Guyeti emendatione legendum est) et Briseis, Achillis amica, tamquam certae fidei exempla, quibus Cynthia leuis et inconstans opponitur. olim conieci 'fidelis gaudebat Graecia nuptis', cum Neapolitanum aliosque libros 'uiris' exhibere uiderem; nunc, ubi nonnullos codices non minus probos 'castis' praebere scio, differentiam illam utique memorabilem ('uiris' et 'castis') ita explicandum censeo, ut in communi archetypo uoculam lectu difficiliorem extitisse dicam. usui Propertiano adcommodatum est simulque librorum uarietatem explicat hoc: 'certis gaudebat Graecia nuptis'. nam uocabulum quod est 'certus' in deliciis habet poeta noster fidei no-



tionem expressurus. uix est quod moneam, n. 17 ad Ulixis uxorem, u. 18 ad Briseida spectare.

III (II) 13, 45—50:

Nam quo tam dubiae seruetur spiritus horae?  
 Nestoris est uisus post tria saecula ciuis.  
 Quis tam longaeuae miuisset fata seuetae  
 Gallicus Iliacis miles in aggeribus,  
 Non ille Antilochi uidisset corpus humari,  
 Diceret aut 'o mors, cur mihi sera nenis'.

n. 47 ita dissentiuunt boni codices, ut partim 'miuisset', partim 'meminisset', partim 'iurasset' praebeant. unde archetypi scriptura obscurior uidetur fuisse. sed huius uersus emendatio pendet e sequenti. in quo 'Gallicus miles', quem uolunt esse Phrygium, scilicet a Gallo amue dictum, cordatis sapientibusque criticis hand paucis nauseam mouit. neque hic de uiolenta Nestoris morte per hosticum militem accepta dici potuit secundum sententiarum seriem, quae negatam a fati uitam longam commemorari flagitat. certam medellam non possum applicare loco desperato, audaciore coniectura periclitatus: 'cui si tam longae *rennisset* fata senectae *Atropos*, Iliacis miles in aggeribus non ille Antilochi uidisset corpus humari'. in his 'cui si tam longae' a Sautenio sum mutuatus; Atropos autem quam bene inlata sit, docet comparatio uu. 43 sq.; porro ipse Nestor audit 'miles' plane ut Protesilaus apud Catullum LXVIII 46 'si miles muros isset ad Iliacos'; denique 'ille' cur sollicitetur non habeo causam instam (nam eam uocem in Neap. solo librarii errore omissam esse ceterorum librorum consensu ostendit). reliquum est mendum in u. 50, ubi neque tempus imperfectum (post 'uidisset') neque ipsa particula 'aut' placet. corrige nera emendatione 'humari, diceret *unde*: 'o mors' eqs.

Pergitur ita un. 51—56:

Tu tamen amisso non uumquam flebis amico:  
 Fas est praeteritos semper amare uiros.  
 Testis, cui niueum quondam percussit Adonin  
 Venautem Idalio uertice durus aper:  
 Illis formosum iacuisse paludibus, illuc  
 Diceris effusa tu, Venus, isse coma.

depranatum uocem 'iacuisse' blanda quidem, sed a sensu falsa mu-

tatione Scaliger in 'luisse' corrigi uoluit, refutatus ille certissimis rationibus a Broukhusio et Guil. Fischero [l. l. p. 16]. alii deinceps docti 'fuisse' uel 'gemuisse' uel 'planxisse' uel 'clamasse' uel 'uocitasse' similiaue temptabant. et recte de mortui inuocatione cogitasse uidentur; sed nemo quod a palaeographia probaretur protulit. lege 'cuisse'. de quo uerbi usu cf. Verg. Aen. III, 68; de forma perfecti (sunt enim qui de ea dubitant) Ouid. met. VII, 248.

III (II) 15, 37 sqq.:

Quod mihi si secum tales concedere noctes

Illa uelit, uitae longus et annus erit;

Si dabit haec multas, fiam immortalis in illis.

in uerbis 'si secum tales concedere noctes' et 'si dabit haec multas' nulla aut oppositio aut ad mains adscensio inest. in praecedenti elegia, in qua eandem noctem felicem praedicat, poeta u. 9 sq. dicit: 'quanta ego praeterita collegi gaudia nocte; immortalis ero, si altera talis erit.' in nostro carmine ratione paulo alia sed simillima immortalitatem a multis noctibus sibi concessis sperat; itaque nitam longam ut ab altera tantum nocte permessa expectet, flagitat illa inter u. 37 et 39 responsio. ipsi autem codices probi 'tecum' pro 'secum (quod languidissimum est) exhibentes uerum quasi digito intento monstrant. nam 'si tecum tales' olim librarius reposuit, cum scripturam antiquitus traditam 'si iterum tales' hiatu intolerabili laborare perspiceret. tu uero transpositione lenissima refinge: 'si tales iterum concedere noctes.' praeterea nescio an potius 'si dabit *hinc* multas' a Propertio nenerit; certe 'haec' post 'illa' mirifice abundat languetque.

Porro leguntur uu. 41 sqq. haec:

Qualem si cuncti cuperent decurrere uitam

Et pressi multo membra iacere mero:

Non ferrum crudele neque esset bellica nauis,

Nec nostra Actiacum uerteret oasa mare,

Nec totiens propriis circum oppugnata triumphis

Lassa foret crines soluere Roma suos.

Haec certe merito poterunt laudare minores:

Laeserunt nullos pocula nostra deos.

secundum Romanorum opinionem bellum Actiacum exitum erat ab Antonio et Cleopatra per ebrietatem ad quilibet sperandum incita-

tis: cf. ex. gr. Florus II 21 'binc mulier Aegyptia ab ebrío impetratore pretium libidinum Romanum imperium petit.' et de Antonii niuulentia (quam Propertius quoque III 11, 56 tangit his uerbis 'et assidno lingua sepulta mero') res nota est; de Cleopatra uide ex. gr. Horatii od. I 37, 14. his ita se habentibus num ulla ratio potest excogitari, cur Propertius affirmet, si omnes homines semper amori uacare uelint semperque nino sopiti iacere, tum nulla futura bella, nulla ad Actinm praelia? quid enim facias Passeratii aliorumque interpretamento huice: 'fingit sibi Prop. rempublicam quandam *δαιμόνιον* et noluptati indulgentium, eamque admiratur et laudat, quasi humano generi minns noxiam futuram quam sobriorum quidem, sed ambitioni seruientium'? nullo uersuum 43—46 respectu habito plauē illi obliuiscuntur, bellum Actiacum propter Antonii et in Cleopatram amorem et nimia pocula commotum esse. deinde in bello illo sobrius erat Octavianus. unde huic tamquam nimis ambizioso culpam belli a poeta imputari sequitur. quod a Propertio tam cupido Augusti admiratore quam acri Antonii inimico alienissimum est. equidem hic non aliam spem salutis uideo quam a coniectura. lege 'nec pressi', id est, si uni amori, non etiam nimio uino homines indulgere uellent, bene esset de tranquillitate publica. uide, cum his quam egregie conueniant illa 'laeserunt nullos pocula nostra deos': parca nostra pocula non mouerunt iram deorum, ut Antonii Cleopatraeque ausa temeraria per ebrietatem concepta. nam de nimio nini usu uerba 'pressi multo membra iacere mero' accipienda sunt; cf. Ouidius rem. am. 806.

Adhuc menda nonnulla leuiora auxilium poscunt. nam u. 45 'oppugnata' ut cedat uoci 'expugnata', omnia suadent; siquidem nou obsessi sed capti et triumphum comitantes solutis crinibus ire solebant. u. 47 autem in bonis libris extat 'Nec certe', pro quo Itali aut 'haec' (debuerunt 'hoc') aut 'me' reposuerunt. sententiae magis aptum est 'Nos certe', quod ad Propertium Cynthiamque pariter spectat.

---

III (II) 17, 5 sqq.:

Vel tu Tantalea moueare ad flumina sorte,  
 Ut liquor areuti fallat ab ore sitim,  
 Vel tu Sisypnios licet admirere labores,  
 Difficile ut toto monte uoluetet onus:

Durius in terris nihil est quod uiuat amante,

Nec, modo si sapias, quod minus esse uelis.

quantum animo commonearis Tantali Sisyphique uanos semper labores respiciens, maiorem tamen commiserationem meretur is qui amat. in hac sententia absonum est admirandi uocabulum. emenda: 'Sisyphios licet a! miserere labores'.

---

### III (II) 18, 29 sq.:

De me, mi certe poteris formosa uideri;

Mi formosa satis, si modo saepe uenis.

triplex nitium haec deformauit. et duo quidem menda egregie purgata esse, gaudere licet. nam Heinsii commento 'formosa sat es' fere omnes applauserunt. in uerbis autem 'mi certe poteris formosa uideri', cum quo pacto (i. e. sine cultu) placere possit puella necessario fuerit addendum, primus Hoenftius (iterum deinde protulit Lachmannus) pro 'certe' emendauit 'per te'. restat emendandum 'de me', quod explicant 'quod ad me pertinet'. hoc ut latinum esse concedam (quod tamen aegre facio), nihilo secius languet quam maxime. nam 'mi' illo per anaphoram in utriusque enuntiati initio repetito poeta ita ut fortius non posset suam ipsius personam extulit. sensit id aliquatenus A. Kiesslingius, qui in programme uersitatis Gryphiswaldensis a. 1875 sat inepte coniecit 'dementi certe poteris'. nolo urguere omissam notionem 'hoc cultu'; sed rustici est infelicissimi, aliis in tali re sentiendi discrepantiam tamquam dementiam exprobrare. nam Cynthia quod familiaritatis iure usus ob cultum illum u. l. 'dementem' uocat poeta, libenter ferimus. an dementem illum admiratorem respectu Cynthiae dementis hic commemoratum esse sibi persuasit programmatarius Gryphiswaldensis, recordatus illud Heinii 'ein Thor ist immer willig, wenn eine Thörin will'? eodem iure dicas, Cynthiae dementiam et criticastrum istum nostrum reddidisse dementem. sed satis uerborum de infelicissima ista coniectura; tu inserta una litterula restitue: 'desine: mi per te poteris formosa uideri, mi formosa sat es, si modo saepe uenis'.

---

## III (II) 21, 11 sq.:

Colchida sic hospes quondam decepit Iason:

Eiecta est, tenuit namque Creusa domum.

uersus miuor cum habeat quo displiceat, multas uirorum doctorum coniecturas mouit. sed infirmo illi nitebatur fundamento, cum non proficiscerentur ab optimorum codicum scriptura, quae est haec 'Eiecta est tenuis namque Creusa domo'. in his primum 'tenuis Creusa' non sollicitanda est. quippe 'tenuis', ubi ad homines refertur, significat 'gracilentus, macer' (sic 'Thaida tam tenuem' Martialis XI, 101, 1); et quamquam de Creusae gracilitate nihil habeo cognitum, aptissime tamen Glauceu tenuem et grandem illam Colchida ἐξ ἐναρτίου poni putauerim (uertas germanice 'die schwächige Creusa'). porro 'eiecta' iam Broukhusius et Santenius corrigebant in 'electa'; unde, cum iam 'electa domo' (ut taceam datui formam poetis certe latinis iusolitam: cf. praef. ad Val. Flacc. II, 593) stare nequeat, totum uersum in hunc modum refingo: 'Electa est tenuis namque Creusa *toro*'.

---

## III (II) 23, 21 sq.:

Et quas Enphrates et quas mihi misit Orontes

Me capiant: nolim furta pudica tori.

confugiunt hic ad adamatam sibi hypallagen, 'furta pudica tori' pro 'furta tori pudici' accipientes. sed enim si qua nupta se impuro dedit adulterio, num eius torus iam iure uocatur 'pudicus'? 'furta tori' sua sponte, quae est series sententiarum, intelleguntur amores furtini cum nuptis: cf. Ouid. met. IV, 174 'furta tori furtique locum monstrauit'. eo autem omnia redent ut Propertius uno uerbo cur spernat uxorum amores indicet. rescribe: 'furta *pudenda* tori'. ipsi scilicet amatori siue deprehenso sine alias ob causas furta illa sunt pudori.

---

## III (II) 25, 21—23:

Tu quoque, qui pleno fastus adsumis amore,

Credule, nulla diu femina pondus habet.

Au quisquam iu mediis persoluit uota procellis,

Cum saepe in portu fracta carina natet,

Aut prius infecto deprecit praemia cursu  
Septima quam metam triuerit ante rota?

Mendaces ludunt flatus in amore secundi.

Si qua uenit sero, magna ruina uenit.

uetat poeta, ne quid ante finem feliciter finitum putetur. saepe in ipso portu tempestate percellitur nauis (cf. IV, 7, 36 'fallit portus et ipse fidem'; Ouid. am. II, 9, 31 sq.); itaque ne quis ante telurem prensam se mare effugisse credat, sed tunc demum cum litus tenet uotum soluat. in sententia aperta nimium et ridiculum est illud 'in mediis persoluit uota procellis'. potest nauta adhuc in aperto mari uersatus, sed portum longinquum ante oculos habens, quamquam false, tamen aliqua iuris specie ad metam peruenisse sibi uideri; sed nemo umquam (nisi forte mente plane captus) tum, cum circum saeuunt tempestates, uoti compotem se putat; immo tum omnes deos enixe rogat auxilium et uota uotis cumulat. tu corrige: 'in mediis persoluit uota *fluentis*'. nolim enim commendare 'profundis', quippe cuius pluralis apud bonos scriptores non inuenirum exemplum.

Sequuntur haec uu. 29—34:

Tu tamen interea, quamuis te diligit illa,

In tacito cohibe gaudia clausa sinu:

Namque in amore suo semper sua maxima cuique

Nescio quo pacto uerba nocere solent.

Quamuis te persaepe uocet, semel ire memento:

Inuidiam quod habet, non solet esse diu.

quid in lectione tradita 'semel ire memento' prauit inesset, exposuit Lachmannus, falsus ille in coniectura sua 'semel ire timeto'. nullo enim modo Propertius dissuadere potuit, puella persaepe uocante ne persaepe etiam iret amator; sed hoc unum licuit monere, ut, etiamsi persaepe ille iret, ne semel quidem prae gaudio id palam faceret, scilicet ut abesset inuidia. restitue igitur 'semel ire *negato*.' — quoniam incidi in hunc locum, non tacebo quem scrupulum mihi mouerit uox 'maxima.' noui quid sint 'magna uerba'; sed num eodem sensu 'maxima uerba' dicatur nescio. et superlatinus per se suspectissimus est. 'sua cuique uerba superba in amore nocent' ratio communis postulat, reicit 'superbissima'. adde quod in uerbis 'in amore suo' uox ultima et superflua est et sequente rursus 'semper sua maxima' insauissima. uide igitur an totum distichon debeatur manui interpolatrici.

Ibid. 47 sq.:

Cum satis una tuis insomnia portet ocellis,

Una sit et cuius femina multa mala.

in utraque enuntiati parte plane idem dicitur sine consilio. Burmannus coniecit 'Una dat et cuius f. m. m.' quod commentum quomodo meliorem reddat locum, non adsequor. hoc uult poeta: una femina cum iam satis dolorum tibi possit parare, una esto contentus neue plures puellas ames. uerba autem 'multa mala' foedam interpolationem praeferentes repositae esse uidentur post genninae lectionis interlapsum. sententiae conuenit: 'una sit et cuius femina cura sua', id est, amasia sua. hoc modo initium finisque elegiae optime congruunt.

---

III (II) 28, 59—62:

Tu quoniam es, mea lux, magno dimissa periclo,

Munera Dianae debita redde choros,

Redde etiam excubias diuae nunc, ante iuuencae,

Votiuas noctes et mihi solue decem.

carmen tam serium ioco turpiusculo conclusum esse non credo equidem. nomina propria saepissime deprauata sunt in Propertii codicibus; et hoc loco peccandi siue interpolandi ansa librario subtilioris cuiusdam regulae metricae ignaro dabatur, si antiquitus erat traditum 'iuuencae: uotinas noctes *Isidi* solue decem.' nam in hac uoce ultimam syllabam correptam abhorruit ille.

---

III (II) 29, 35—39:

Apparent non ulla toro nestigia presso,

Signa uoluptatis, nec iacuisse duos.

Aspice, ut in toto nullus mihi corpore surgat

Spiritus, admissio notus adulterio.

codices integri tradunt 'uoluntatis', unde iam Itali elicerunt 'uoluntantis'. nam ut 'uolnere', ita 'uolutare' neutraliter pro 'se nolutare' ponitur; et est hoc uerbum in rebus ueneris non insolitum: cf. Petron. 79 'uolutatusque liberius cum fratre non suo'. porro libri boni 'non iacuisse' praebent. totum ergo uersum sic scripserim: 'signa, uolutantis coniacuisse duos'. nam casui attribuendum est

quod coniacendi uerbum nisi apud ultimae aetatis scriptores nunc non inuenitur. eandem sententiam iam Iacobsius uoluerat: 'uoluntates hic iacuisse duos.' — u. 38 quod adnotaueram 'admisso natus adulterio', nunc praeoccupatum uideo a Broukhusio. alii minus bene 'motus'.

Elegiae XXXII initium nalde turbatum est in libris mss., proeneruntque hae turbae ex unius distichi transpositione. nam u. 7 'hoc utinam spatiere loco' quonam referas dubius haeres neque facile interpretibus adeo es credulus ut Romam scilicet significari tibi persuadeas. porro si pergentem audimus poetam 'sed (ita boni codd.) tibi me credere turba uetat, cum uidet accensis deuotam currere taedis in nemus et Triuiae lumina ferre deae': statim ex illo interrogamus cur solummodo turba in Ariciae nemore conspicua, cur non et turba Praeneste et Tusculum et Tibur niamque Appiam complens credere uetet. et responderet sine dubio poeta ex inferis rediurus, non sibi culpam imputandam esse, quippe qui hoc modo reliquisset uu. 3—18:

- Nam quid Praenesti dubias, o Cynthia, sortes,  
 Quid petis Aeaei moenia Telogoni?  
 5 Cur tua te Herculeum deportant esseda Tibur?  
 6 Appia cur totiens te uia *Lanuuium*?  
 9 Cur uidet accensis deuotam currere taedis  
 10 Te nemus et Triniae lumina ferre deae?  
 Scilicet umbrosis sordet Pompeia columnis  
 Porticus aulaeis nobilis Attalicis,  
 Et crebris pariter platanis surgentibus ordo  
 Flumina *suspensa* quaeque *Anione* cadunt  
 15 *Es* leuiter lymphis toto crepitantibus orbe,  
 16 Cum subito Triton ore recludit aquam.  
 7 Hoc utinam spatiere loco, quodcumque uacabis,  
 8 Cynthia! sed tibi me credere turba uetat.  
 17 *Fallis*, et ista tui furtum uia monstrat amoris:  
 Non urbem, demens, lumina nostra fugis.

in quibus praeter u. 9 et 10 nonnulla quoque alia mutauimus e coniectura; sic u. 3 *ad* scripsi. cum 'curua te' nel 'cur uatem' ad scripsi. — u. 6 'te uia ducit' ad scripsi. — u. 10 *Triniae* sic maledicendi non sit



causa. unguo scribitur 'anus', epitheto uiae Appiae hic otiosissimo. omnino uerissimam duco docti Angli in Miscell. Obseru. II p. 106 emendationem 'te uia Lannuinn'. — u. 13 diuersorum librorum testimonia eo ducunt ut in archetypo 'et creber pariter platanis urgentibus ordo' lectum fuisse sit ueri simile. in qua scriptura 'urgentibus' facillimam dinque repertam emendationem habet; 'creber' autem adsimilatum nidetur uoci sequenti 'pariter'. nec enim crebra series platanorum, sed una aderat. itaque 'crebris' dedi. — u. 14 ingeniosissimam Marklandi coniecturam 'suspensio — Anione' exhibui: 'sopito — marone' codd. obscurissime. — n. 15 in libris extat 'et leuiter nymphis ('lymphis' Itali) tota crepitantibus urbe'. sermo est de silano in media porticu posito et per Tritonis os aquas fundente. quae aquae non 'tota urbe' crepitant (quo ineptius fingi nequit) sed 'toto orbe' (id quod ante me N. Heinsius perspexit); praeterea 'en' pro 'et' rescripsi. — u. 16 codd. 'ore recondit aquam', quibus uerbis medelam necessariam adhibui. — denique u. 17 'falleris ista' habetur in libris. at recte Lachmannus 'non fallebatur Cynthia' inquit, 'sed fallebat'; itaque 'fallor et' proponit. ego praetuli 'fallis et'.

Ibid. 29—32:

Sin autem longo nox una aut altera lusa

Consumpta est, non me crimina parua movent.

Tyndaris externo patriam inuauit amore

Et sine decreto niua reducta domum est.

uerba 'sine decreto' carent sensu. postulatur fere a sententia 'salua honestate.' quod non latuit Broukhusinum audacius temptantem 'et sine dedecore est niua reducta domum.' fortasse 'decreto' corruptum est ex 'iactura', postquam ipso compendio 'iactura' false intellecto 'iactura' est exaratum. sic u. 21 habes 'famae iactura pudicae', unde quatenam iactura hic dicatur facile adsequeris. quamquam et absolute uocabulum illud ponitur, ut ex ipso conexa res quae damno adicitur pateat: cf. Ouidius am. I 15, 15 'nulla Sophocleo ueniet iactura cothurno', scil. gloriae famaeque.

III (II) 34, 5—9:

Pollnit ille dens cognatos, solnit amicos,

Et bene concordēs tristia ad arma uocat.

Hospes in hospitium Menelao uenit adulter:

Colchis et ignotum nonne secuta uirum est?

inre suo L. Muellers: 'belle sane' inquit, 'quasi hospes non posset uenire in hospitium.' itaque reponi uult 'Tros et in hospitium.' non placet. puto 'hunc per in hospitium.' nota sunt ex Vergilio aliisque 'per' praepositionis postpositae exempla. — in uersu minore quamquam interrogatio defendi potest, tamen me iudice Propertius scripsit 'Colchis et ignotum nocte secuta uirum est.'

Ibid. 45 sq.:

Tu non Antimacho, non tutior ibis Homero;

Despicit et magnos recta puella deos.

ut multis aliis Propertii locis, ita hoc socordiam admirari licet interpretum, qui adlato Hermesianactis fragmento et Antimachum et Homerum Amori succubuisse demonstrantes optime rem gerere sibi uidentur. at in hac sententia: tu aequae atque Antimachus Homerusque non effugies amorem, ipsum tempus futurum est molestissimum. iam enim Lynceus idem patiebatur, quod illi, si fabulis credimus, sunt passi. et quid tali sententiae cum uersu sequenti? hae rationes, ut puto, Lachmannum permouerunt, ut coniceret: 'tu non Antimachus, non tutior ibis Homerus', i. e., non plus efficies, si Antimachum aliquem aut Homerum sibi amatorem fore puella sciat. sed hoc reiectaneum est hanc ob causam, quod iam non tempus est docendi poësin epicam nihil in amore ualere, hac de re cum antea sit actum eamque uu. 31—44 successerint ad aliud genus transeundi cohortationes. his autem datis ita fere pergendum erat: tu ei disticha mollia, quibus amores tuos canas, scribes, nihil quidem proficies, tamen utpote in amore nouus docendus es. itaque e nostra sententia mutata interpunctione uu. 45—50 hanc nanciscantur formam:

*Non, non Antimachus tu tutior ibis Homero*

(Despicit et magnos recta puella deos);

Sed non ante graui taurus succumbit aratro

Cornua quam ualidis haeserit in laqueis,

Nec tu tam duros per te patieris amores:

*Trux animi a nobis ante demandus eris.*

si tu non solum ut Homerus epe condes, sed etiam ut Antimachus praeter haec elegias atque alteram Lyden compones, non maior quidem successus te prosequetur — nam fida et constans est puella mea \*)

\*) de Cynthia u. 46 intellegendum esse ostendunt luce clarius uu. 1—24, qui proprium formant poema.

et nel ipsos deos summos contemnit —, sed niam tamen tibi tironi monstrabo. et quantum nunc in deperdito huius elegiae statu quasi per teuebras licet dispicere, id ipsum summum propositum carminis esse uidetur, ut adductis Vergilii aliorumque exemplis Lynceus moueatur ne praeter epe leuioribus quoque et amatoriiis uersibus operam nauare dedignetur. superest ut correctionem a me u. 45 factam stabiliam adlato loco simillimo, qui legitur II, 3, 27 'nou, non humani partus sunt talia dona'. et ad exprimendam certissimam de Cynthiae constantia persuasiouem negationis repetitio ualde confert.

Inter uu. 50 et 51 lacuna est statuenda. nam 'harum' quo uere pertineat frustra quaeris. oportet autem leuium uulgariumque puellarum commemoratio praecesserit: cf. I, 9, 13 sq. 'tristis istos compesce libellos et cane quod quaeuis nosse puella uelit'.

Ibid. 61 sq.:

Actia Virgilium custodis litora Phoebi,  
Caesaris et fortes dicere posse rates.

ad uocem 'Virgilium' subintellegendum dicunt e u. 59 'iuuet'. hoc per se non impugno; sed secutus codices fidos 'uirgilio' exhibentes litterulam 'u' inserendam puto: 'Virgilio est custodis litora Phoebi, Caesaris et fortes dicere posse rates'. quod secudum notum poetarum latinorum usum a Graecis mutuatum 'Virgilius potest dicere' ualet: cf. Tibull. I, 6, 24; Pseudotib. III, 1, 3.

Ibid. 83 sq.:

Nec minor hic animis aut, si minor, ore canorus  
Anseris indocto carmine cessit olor.

in hexametro emendando iuriti adhuc erant omnes, propterea quod nersui minori parum idoneam adplicabant euarrationem. breuiter patefaciam id quod sentio: ex poetae silius Alexandrini officina prouenit ista comparatio, ex qua, qui grande carmen epicum fabricat, cum olore, qui leuiora et minuta poemata, cum anserem conferatur. nunc sententiarum seriem tecum reuolue: Propertius dum amicum in sua castra uult trahere, uel ipsum Vergilium (quem ut summum Romanorum epicum iam tum nondum euulgata Aeneide praedicabat fama) praeter seria opera etiam laeuiori Musae uacare Bucolicis maxime coudeudis comprobatur \*). neque tamen, pergit,

\*) in hac poesis Vergilianae descriptione sane haud pauca ita temporum iniuria sunt obscurata, spes inustrandum ut in omne tempus uideantur abiicienda. certe non uidi qui probabiliter summas difficultates enuclearet. neque urendo secundoque proficimus hilum.

haec leuioris materiae tractatio obfuit uatis musae generae. his ita expositis uideamus de codicum scriptura. quae est haec 'non minor his animis aut sim minor ore cauorus'. in qua qui 'his animis' per enallagen pronominis defendunt, operam perdunt oleamque. sed supersedeo his similibusque nugis refellendis, a quibus auersatur abhorretque quicumque adridentibus Gratiis Musisque est natus. nere enim emendare mihi uideor 'nec, minor *hinc* animis aut *hinc* minor ore, canorus anseris indocto carmine cessit olor', id est, neque hinc, quod leuioris generis uersus facitans tamquam anser rudem incultumque strepitum edidit, aut animis aut ore (quibus ad grandia maximeque heroica carmina opus est) minor redditus et quasi debilitatus cessit cuanuitque canorus ille olor. ad anaphorae figuram Propertio adamatam quod attinet, cf. ex. gr. II, 16, 41 'Caesaris haec uirtus et gloria Caesaris haec est'.

IV (III) 5, 3—6:

Nec tamen inuiso pectus mihi carpitur auro,  
 Nec bibit e gemma diuite nostra sitis,  
 Nec mihi mille iugis Campania pinguis aratur,  
 Nec miser acra paro clade, Corinthe, tua!

absunt a me, inquit Propertius, anaritia et luxuria. illius exemplum auri agrorumque cupiditas, huius sunt pocula gemmea et uasa Corinthiaca. in uersu ultimo etsi 'miser' explicari potest per se, tamen reliquis uerbis coarguitur falsitatis. nam haec 'aera paro clade, Corinthe, tua' ita sunt dicta, quasi unusquisque uasa illa sibi comparaturns incenderet Corinthum. reddas ocuis poetae 'nec *mixta* aera paro clade, Corinthe, tua'.

Ibid. 7 sqq.:

O prima infelix fingenti terra Prometheo!  
 Ille parum caute pectoris egit opus:  
 Corpora disponens mentem non uidit in arte.  
 Recta animi primum debuit esse uia.

'uidit' pro 'pronidit, respexit, curauit' positum (sic enim placet interpretibus) plane est insolitum. et dubito aliquantum, num corpus humanum a Prometheo dispositum sed mentis adhuc expers recte 'ars', id est, opus artificiosum uocetur. scripsit, nisi me fallunt omnia, Propertius 'mentem non *indidit* arte'.

Ibid. 18:

Optima mors parca quae uenit apta die.

sic libri boni fere omnes, ut 'acta' Neapolitani lectionem ex errore esse natam pateat. Lachmannus, 'apta mors' quae sit, neminem facile expediturum opiatur. mihi ea dici uidetur, quae apto iustoque tempore uenit. 'mors acta', quae est uiolenta (cf. IV 6, 30: 'ista per humanas mors uenit acta manus') et 'Parcae dies' (sic enim Lachmannus correxit), id est, seu naturalis seu properatus uitae finis, huc non quadraut. exposuit poeta uu. 13—16, nihil prodesse mortuis diuitias potentiamque; de recto uitae usu idem dicit in eis quae inde a u. 19 leguntur. itaque, cum uox 'die' flagitet quo accuratius definiatur (nam Hertzbergianam scripturae traditae defensionem mitto), hoc remedio succurro uersui: 'optima mors, *carpta* quae uenit apta die', i. e. postquam uita recte sumus usi. in omnium uersatur ore illud 'carpe diem'.

Ibid. 43 sq.:

Num tribus infernum custodit faucibus autrum  
Cerberus, et Tityo iugera pauca uouem.

Tityou per uouem iugera porrectum cum tot poetarum loci celebrent, non tamen inneues, ubi hoc spatium uix corpori illius par fuisse designatur. neque hoc disquirere in animo est poetae, sed id, num re uera sit apud inferos Tityos. lege 'et Tityo iugera *operta* uouem', scil. 'sunt'.

Septima huius libri elegia, qua agitur de Paeti morte, singulari arte emineus inter carmina Propertiana egregium optinet locum. ita de restituto in integrum statum poemate iudico, non de eo, quale nunc secundum codices Lachmanno auctore circumfertur. nam cum Scaliger, quamuis alias temeritatis ueneno acrius fugiendae reus, hoc tamen in opusculo traditum uersuum ordiem suo iure impugnasset, transpositiones ab eo sane euentu non ita felici factas Lachmannus adeo uituperauit ut alios a similibus conaminibus deterreret. uimirum cum merito uiri ingeniosissimi sed in hac litterarum parte uimis sibi indulgentis lubidini obuiam iret, haud raro iusto senerinis iudicauit et defendendi studio abreptus parum considerate egit. ueluti si affirmat familiare esse Propertio, a tertia persona ad secundam transire\*), hac obseruatione certe initium carminis uostri non

\*) exempla nonnulla adtulit ad IV 12, 44, sed ut neque in certas classes ea discriberet neque corrupta a genuinis segregaret.

stabilitur. in quo Propertius Pecuniam adloquitur nn. 1—10 ('ergo sollicitae tu causa, Pecunia, uitae es' eqs.), subito autem uu. 11 et 12 ad ipsum Pactum ('sed tua nunc nolucris' eqs.) nullo huius mutationis indicio praemisso uerba derigit, ut is qui legit hic etiam Pecuniae fieri adlocutionem non possit non putare. hoc nec in infimae notae poeta tolerandum est, nedum Propertius tale uitium admiserit. et, siquid aliud, hoc mihi certum est, uu. 11 et 12 locum reddendum esse post u. 18:

- 17 Paete, quid aetatem numeras? quid cara natanti  
 18 Mater in ore tibi est? non fauet unda adeo!  
 11 Sed tua nunc uolucris adstant super ossa marinae,  
 12 Nunc tibi pro tumulo Carpathium omne mare est!  
 19 Nam tibi nocturnis ad + saxa + ligata procellis  
 20 Omnia detrito uincula fune cadunt.

ueram esse hanc traiectionem cum res ipsa, tum epigramma graecum ab Huschkio Anal. crit. p. 126 adlatum euincit, in qua legitur *αὐτῇ πᾶσα θάλασσα τάφος, ὤλετο γὰρ σὺν νηϊ*. causa igitur redditur, cur Pacto sit tumulus totum mare Carpathium. scimus e u. 53 ('hunc paruo ferri uidit nox improba ligno'), Pactum trahi (Germani uocamus 'Planke') funibus adligatum (scilicet ut ligno ad terram adpulso ipse, si non uiuus euaderet, saltim rite humaretur) fluctibus iactatum esse. sed enim funibus ui tempestatis detritis uincula cadebant, ut eluso consilio ille in uasto mari nataret. — ceterum u. 18 'non habet unda deos' codicum est scriptura inepta, cum eosdem deos, quos postea in auxilium corpori humando uocaturus est, hic non possit negare poeta. Burmannus 'non pauet unda deos' coniecit, mihi meum inuentum magis adrisit. n. 19 'saxa', cuius deprauatio non latet intentos, non habeo quomodo probabiliter emendem. nam 'tigna' nimis remotum.

Iam uersus conexi accuratius contemplandi sunt. continent autem responsionem poetae ad Pacti querellas uu. 57—64 editas. quo intellecto (neque enim credo fore qui rem doctus in dubium uocet), cum responsio non praecedere sed subsequi soleat, particula illa post u. 66 alicubi inseri debet.

Sed antequam pergimus, ipsis Pacti querellis aliquantulum inmoremnr. uu. 57—60:

- Di maris Aegaei, quos sunt penes aequora, nenti  
 Et quaecumque meum degrauat unda caput,  
 Quo rapitis miseros primae lanuginis annos?  
 Attulimus longas in freta uestra manus.

'quo rapitis' mutandum ceuseo iu 'quor rapitis'; nam non 'quem in finem' (quid mecum facturi), sed 'quam ob rem' (quod meum admissum ulturi) flagitat sententia. in uersu autem ultimo longas manns, quas sane in honore apud Romanos fuisse constat, pulcras accipiunt. sed quid, quaeso, hoc ad rem? quis iudicii non expers, cum a pulcritudine miserationem uult excire, ita exclamat 'en, adtuli longas mauus'? praeterea in talibus precationibus tenellam aetatem et matrem erepto filio orbam apte testari licet, non item corporis formam. erant igitur qui corruptelam suspicarentur. quibus accedens ego repono 'at tulimus *sanctas* in freta uestra manus.' quibus uerbis uitam pie actam couenienter commemorat Paetus. idem igitur adfirmat quod u. 16 Propertius ad Neptuum conuersus.

Dnas carmiuis particulas certo fundamento subnixus traiciendas demonstraui; adiciam nunc tertiam, iu qua certe omnibus nugarum inimicis nou minor appareat transponeudi necessitas. u. 43 'quodsi contentus patrio boue uerteret agros' uel Lachmannus Scaligero concessit, per 'quodsi' coniungi quae couiungi non deberent. nec tamen ulla, ut putabat ille, litterarum mutatione hoc remouetur. nam accedit alter maiorque scrupulus. nonne enim mirum est quam maxime, poetam ceteroquin nominandi Paeti tam prodigum in hoc euuntiato (u. 43 sqq.) nomini illi adferendo pepercisse? cum tamen per tot uersus praecedentes Paeti non fiat mentio et is qui u. 41 sq. adfertur Ulixes necessario in errorem inducat lectores. nullo igitur emplastro hoc uulnus sanatur, sed id quod solum tam acri morbo potest mederi remedium accersendum est. quodsi tu uu. 43—66 post u. 10 collocaueris, iam maxima ex parte sanum tibi carmen spondeo.

Iterum paulisper subsistamus, minoribus aliquot uulneribus uersuum 43—66 operam daturi. u. 45 sq.:

Viueret aute suos dulcis conuina penates

Pauper, at in terra nil ubi flere potest.

in terra nil esse flebile, merito doctis adeo absouum uidebatur, ut ad coniecturam confugerent. et adnotat Lachmannus, non 'potest', sed 'poterat' aut 'posset' aut 'potuisset' de mortuo debuisse dici. Iacobus 'flare' scripsit, non ita bene, quia nec terra uentis caret. Lachmannus autem 'potis' restituens prius sententiae iucommodum non respexit. aliam igitur emendandi uiam ingressus hoc ego doctorum iudicio examinandum propono: 'at *infestum* nil ubi flere *potis*'. — inter uu. 48 et 49 oportet interciderit distichon; nam uinculam, quo illi uere cohaereant, non adest. uersus autem 51 et 53, ut iusta existat gradatio, locum inter se mutare debent.

In tribus traiectionibus indubitatas ob causas factis prudentium applausum me nancurum esse confido. sequuntur autem illas necessario minores nonnullae distichorum inmutationes. sed totum tibi adscribam carmen, quo facilius ipse possis de restitutionis nostrae ueritate iudicare.

Ergo sollicitae tu causa, Pecunia, uitae?

Per te inmaturum mortis adimms iter,

Tu uitiiis hominum crudelia pabula praebes,

Semina curarum de capite orta tno.

5 Tu Paetum ad Pharios tendentem lintea portus

Obruis insano terque quaterque mari.

Nam dum te sequitur, primo miser excidit aeuo,

Et nona longinquis piscibus esca natat;

Et mater non iusta piaae dare debita terrae,

10 Nec pote cognatos inter humare rogos.

43 Quodsi contentus patrios boue uerteret agros

Verbaque duxisset pondus habere mea,

45 Vineret ante suos dulcis conuina penates,

Pauper, at infestam nil ubi flere potis.

Non tulit hoc Paetus, stridorem audire procellae

Et duro teneras laedere fune manns.

. . . . .

Sed Chio thalamo ant Oricia terebintho

50 Et fultrm pluma uersicolore caput.

Hunc paruo ferri uidit nox improba ligno,

Et miser inuisam traxit hiatus aquam,

Huic flectus uiuo radicitus abstulit nngues:

Paetus ut occideret, tot coiere mala.

55 Flens tamen extremis dedit haec mandata querellis,

Cum moribunda niger clauderet ora liquor:

'Di maris Aegaei, quos sunt penes aequora, nenti

Et quaecumque meum degranat unda caput,

Quor rapitis miseros primae lanuginis annos?

60 At tulimms sanctas in freta uestra manus.

A miser! alcyonum scopulis adfligar acutis!

In me caeruleo fuscina sumpta deo est!

At saltem Italiae regionibus aduehat aestns:

Hoc de me sat erit, si modo matris erit'.

65 Subtrahit haec fantem torta uertigine fluctus:



- 66       Ultima quae Paeto uoxque diesque fuit.  
 29   Ite, rates curuae, et leti contexitae causas:  
 30       Ista per humanae mors uenit acta manus!  
       Terra parum fuerat fatis: adiecimus undas,  
       Fortunae miseras auximus arte uias.  
       Ancora te teneat, quem non tenuere Penates?  
       Quid meritum dicas, cui sua terra parum est?  
 35   Ventorum est, quodcumque paras: haud ulla carina  
       Conseuuit; fallit portus et ipse fidem.  
       Natura insidians pontum substrauit auaris:  
       Ut tibi succedat, uix semel esse potest.  
       Saxa triumphales fregere Capharea puppes,  
 40       Naufraga cum uasto Graecia iacta salo est.  
       Palantum socium iacturam fleuit Ulixes,  
 42       In mare cui solum non ualuere doli.  
 21   Sunt Agamemnonias testantia litora curas,  
       Qua notat Argynni poena minantis aquae.  
       Hoc iuuenae amisso classem non soluit Atrides,  
 24       Pro qua mactata est Iphigenia mora.  
 17   Paete, quid aetatem numeras, quid cara natanti,  
 18       Mater in ore tibi est? non fauet uida adeo!  
 11   Sed tua uunc uolucris adstant super ossa marinae,  
 12       Nunc tibi pro tumulo Carpathium omne mare est.  
 19   Nam tibi nocturnis ad saxa ligata procellis  
 20       Omnia detrito uincula fune cadunt.  
 13   Infelix Aquilo, raptae timor Orithyiae,  
       Quae spolia ex illo tanta fuere tibi?  
 15   Aut quidnam fracta gandes, Neptune, carina?  
 16       Portabat sanctos alueus ille uiros.  
 67   O centum aequorcae Nereo genitore puellae,  
       Et tu materno tacta dolore Theti:  
       Vos decuit lasso subponere brachia mento:  
 70       Non poterat uestras ille grauare manus.  
 25   Reddite corpus humo, positumque in gurgitis ora  
       Paetum sponte tua, uilis arena, tegas.  
       Et quotiens Paeti transibit uauta sepulcrum,  
 28       Dicat: 'et audaci tu timor esse potes!'  
 71   At tu, saeue Aquilo, numquam mea uela uidebis.  
       Aute fores dominae coudar oportet iners.

## IV (III) 8, 11—18:

Quae mulier rabida iactat conuitia lingua  
 Et Veneris magnae uoluitur ante pedes,  
 Custodum gregibus circa seu stipat euntem,  
 Seu sequitur medias, Maenas ut icta, uias,  
 Seu timidam crebro dementia somnia terrent,  
 Seu miseram in tabula picta puella mouet:  
 His ego tormentis animi eum uerus aruspex,  
 Has didici certo saepe in amore notas.

custodum cateruis se saepire, feminarum Romanarum mos erat (cf. ex. gr. IV 14, 29), ut ex hac quidem re nullum uehementie amoris indicium capere liceret. codices 'circa se stipat' tradunt; quod qui ante nos corrigebant, cum id quod modo exposui non respicerent, recte in usum uocare nequinerunt. sedem autem uitii, quod uersus contraxit, utique quasi intento digito monstrat pluralis 'gregibus', non conueniens ille singulari 'quae mulier'. corrige 'custodum grege non circa se stipat euntem, sed sequitur medias Maenas ut icta uias'. ipsum 'sed' in 'sen' propter huius particulae uicinatatem corruptum turbas mouit. ad uersus minoris sententiam cf. Ouidius, a. a. 709 sq. — u. 16 de tabulis pictis est sermo, in quibus miseri maximeque naufragi casus suos repraesentabant, quo hominum misericordiam mouerent stipemque colligerent. iam cum quae mulier ad has tabulas moretur alienis malis commota inlacrimansque, hanc proprio malo tactam esse facilis augur innuit Propertius. sed non bene idem animum muliebrem nosset, si feminam illam alterius puellae casibus pictis motam diceret. immo quaelibet infortunia illius animum mentemque excitant. et sine dubio dedit poeta: 'seu miseram in tabula picta pericla mouet'.

## IV (III) 12, 13 sq.:

Nene aliquid de te flendum referatur in urna;

Sic redeunt, illis qui cecidere locis.

peruersum est 'sic redeunt'. quid enim, si interfectorum ossa dispersa erant (cf. ex. gr. I 22, 7 sq.)? codices 'si credunt' nel 'credent' praebent. lege 'referatur in urna, si redeunt, illis qui cecidere locis'. est enim 'si' saepe idem atque 'si modo'; cf. et IV (III) 7, 64: 'hoc de me sat erit, ei modo matris erit'.

## IV 13, 37—42:

Pinus et incumbens lentas circumdabat umbras,  
 Nec fuerat nudas poena uidere deas,  
 Corniger atque dei uacuum pastoris in aulam  
 Dux aries saturas ipse reduxit oues;  
 Dique deaeque omnes, quibus est tutela per agros,  
 Praebebant uestris uerba benigna focis.

u. 37 'lentas umbras' recte perosi mntaut in 'laetas' uel 'latas'. at multo suauius ipsi amantes sub umbra strati dicuntur 'lenti' (cf. illud Vergilii 'tu, Tityre, lentus in umbra'): 'Piuus et incumbens lentis circumdabat umbras'. deum pastorem unus Iacobus sibi uidebatur posse explicare Apollinem uel *váptos* uel Admeti bubulcum (sed hic ipse reduxit oues, ut cornigero duci arieti nullus sit locus). priores autem postpositis nugis simpliciter se haec non intellegere fatebantur. Antonius Volsceus 'Idaei' pro 'atque dei' coniecit; quam in sententiam facilius ille 'aque Ide' scribere potuit. sed nec hoc nimis laudauerim, cum remaneat epithetou hic otiosissimum 'uacuum'. Heinsius malebat 'atque sui uacuum pastoris', bene quod attinet ad 'sui'. emenda: 'corniger atque *sui* uacuas pastoris in aulam dux aries saturas ipse reduxit oues', id est, oues carentes pastoris sui, quippe etiam tunc in umbra lenti et apud amasiam suam retenti. — ad uerba 'uestris focis' Lachmannus multos collegit locos, quibus Propertio morem fuisse, a tertia persona ad secundam transire, ostenderet. sed certum est, ut alia exempla, ita nostrum nersum in meudo cubare; neque enim solent poetae latini, nisi addita utique aliqua inuocatione, ita mutare orationem. hic, nbi sauctitas morum in priscae aetatis amantibus conspicua laudatur, corrigendum est 'praebebant *iustis* uerba benigna focis': cf. Catullus 64, 397.

Ibid. 63—66: (Cassandra)

Sola Parim Phrygiae fatum componere, sola  
 Fallacem patriae serpere dixit equum.  
 Ille furor patriae fuit utilis, ille parenti:  
 Experta est ueros irrita lingua deos.

immo Cassandrae uaticinantis furor non utilis fuit Troianis quippe eam neglegentibus. nam quod interpretantur 'utilis futurus fuisset, si illi credidissent' respuit latinitas. emenda 'patriae *nilis* fuit, ille parenti'. traiectione secuta est uocis 'uillis' in 'utilis' deprauationem non ita raram.

## IV (III), 15, 31—35:

Ac ueluti, magnos cum ponunt aequora motus,  
 Eurus ubi aduerso desinit ire Noto,  
 Litore si tacito sonitus rarescit arenae,  
 Sic (cedit inflexo lapsa pnella genu)  
 Sera, tamen pietas: natis est cognitus error.

orationem perplexam et comparisonem prae claudicantem critici fecerunt, dum sana magis quam corrupta temptant. codices plerique n. 32 'Eurus in aduersos desinit ire notos' dant, idque recte: Eurus iam non pugnat cum inimico antea Noto. n. 34 'sic tacito' extat in eisdem. hinc me suatore repono: 'ac ueluti, magnos cum ponunt aequora motus, Eurus in aduersos desinit ire notos *Litoreque in* tacito sonitus rarescit arenae: Sic, cedit *ut* flexo lapsa pnella genu, Sera tamen pietas natis *et* cognitus error'.

---

## IV (III), 22, 39 sqq.:

Haec tibi, Tulle, parens, haec est pulcherrima sedes,  
 Hic tibi pro digna gente petendus honos,  
 Hic tibi ad eloquium ciues, hic ampla nepotum  
 Spes et uenturae coniugis aptus amor.

absurdissimum est, ei, cui adhuc uentura est coniux, iam spem nepotum facere. uerum est, nisi me fallit opinio, 'hic ampla *penatum* spes'.

---

## V (IV), 7, 77 sq.:

Et quoscumque meo fecisti nomine uersus,  
 Ure mihi: laudes desine habere meas.

his interpretes nihil profuerunt inustrandis. Propertii est 'ure: mihi laudes me sine habere meas'. ueretur umbra (ut docet distichon antecedens), ne nouae amasiae obferantur uersus in ipsam adhuc uiuam compositi. 'sibi aliquam rem habere' quid significet, norunt pneri.

---

## § - AD ANTONIUM MUSAM.

---

Carmina duo philologorum cognitione dignissima, 'Precatio Terrae matris' et 'Precatio omnium herbarum' inscripta, ad aetatem nostram propagauerunt quattuor codices hinc:

1) cod. Leidensis [M. L. V. Q. 9] saec. VI, cuius descriptionem diligentem exhibuit L. Mnellerus in noui musei Rhenani uol. XXIII p. 187 sqq. in hoc libro post herbarii alicuius inediti reliquias p. 26. 'Precatio Terrae', deinde post antidotum quoddam a nostris carminibus alienum p. 28 'Precatio omnium herbarum' legitur. sequuntur post alia Antonii Musae de herba uettonica opusculum et herbarium Apulei Platonici. hunc codicem, quem *A* littera notauimus, ipse contuli a. 1875.

2) cod. Vratislaviensis [cod. bibl. uniuers. III F. 19] saec. XI (non IX), cuius primam notitiam communicauit C. E. Chr. Schneiderus in indice lectionum hib. uniu. Vratisl. a. 1839. uaria de herbarum uirtutibus opuscula excipiunt fol. 21<sup>a</sup>—22<sup>a</sup> Precationes nostrae, post quas Antonii Musae idem illud de herba uettonica opusculum aliaque extant. ad apographon accuratissimum Schneideri, qui inde carmina l. l. edidit, iterum codicem beniuolentissime mihi contulit Martinus Hertzius. *B* esse uolui.

3) cod. Laurentianus plut. LXXIII, 41 saec. XI ineunte characteribus langobardicis exaratus, quem descripsit Baudini, codd. lat. III p. 77 sqq. extant Precationes fol. 11<sup>a</sup>—12<sup>a</sup>, succedunt eadem quae in *A* opuscula et praeterea eiusdem generis alia multa; ipse a. 1876 excussi. *C* siglum habeto.

4) cod. Laurentianus plut. LXXIII 16 saec. XIII; cf. Bandini l. l. p. 35 sqq., ubi carmina nostra ita ut leguntur in libro illo primum typis expressa sunt. post Platonis herbarium fol. 13<sup>b</sup> Precatio Terrae, deinde post Hippocratis ad Maecenatem epistolam fol. 17<sup>b</sup> Precatio omnium herbarum extat, quae excipiunt Antonius Musa et alia multa. *D* nobis est.

Praebent autem *A B C* carmina illa in scriptura continua tamquam prosam orationem, solus *D* in quandam nersuum speciem discipisat uel potius corrupit. cuius rei imaginem, cui libido est, ex Bandinio cum possit petere, nos hoc non magis adnotabimus quam tennia interpunctionis in *A* extantis uestigia aut litteras initiales in *B C* hic illic distinctas: nam ad rem criticam ista omnia nihil conferunt. ceterum quod quattuor codicum ad aestimationem attinet, caue ne *A* propter 'horrendam uetustatem' plus iusto praeponas reliquis. immo sic se res habet, ut saeculi XIII soboles *D* nonnullas lectiones plane egregias (cf. ex. gr. II 9 et 21) seruaerit, praee quibus sordent in *A B C* tradita. quamquam igitur ad unum archetypam omnes illi libri redeunt, tamen *A* neque unicum (ut ex quo ceteri fluxerint) neque uero optimum illius apographon est; itaque ad illum recipendum omnium codicum testimonia sedulo inter se comparentur oportet. ei autem qui ante me carmina ediderunt cum solis *A* et *B* uterentur contemptis aut ignoratis *C* et *D*, iam hinc ad errores nonnullos delabebantur necessario. falsis praeterea et praeindictis opinionibus de inmani uersuum in sermonem prosarium dissolutorum corruptione et de metrorum natia elegantia imbuti urendo plerumque secandoque magis quam adhibitis lenibus et humanis medelis sanare studebant. itaque mirum non est quod et A. Riesius, qui in Anthologiae suae parte priore sub numeris 5 et 6 Precationes edidit, et Mauricius Schmidtius eius recensionem in programme Ienensi a. 1874 epiersin adiungens plurima reliquerunt criticorum posteriorum acnmini diligentiaeque.

Sed ad artem criticam recte exercendam plurimum ualet accurate scire, quam aetate is cui impendis operam scriptor floruerit. Plautinos autem numeros cum iam Schneiderus agnouisset, Riesius ad Apnlei fere aetatem poemata illa detrusit, quippe qua rei metricae Plantinae instauratio usu uenisset. multo longius processerat L. Muellerus, qui l. l. p. 189 Martiani Capellae trimetros in comparisonem uocauit. ego non uideo causam idoneam, cur recedamus a librorum *C D* testimoniis Antonium Musam auctorem adserentium. nam cum in *A* et *B* subscriptio desit, in *C* haec 'herbarū. precatio:

antonimusa quæ tradidit. magno: agrippe. casari: explet', in *D* autem 'herbarium Antonii Muse quem tradidit M. Agrippe Cesari explicit' extat. ea autem in carminibus nostris infucata sermonis latini apparet simplicitas, quæ tam longe a calamistrata Apulei aut Martiani oratione abhorret quam prope accedit ad Augusteæ aetatis dictionem auream. et pro certo potest affirmari, materiam illam aetate posteriore multo maiore cum uerborum timore et adhibitis orationis flosculis esse tractatam.

De Antonii Musæ operibus quamquam (ut iacent adhuc situ et squalore obruti rei medicæ scriptores antiqui longe plurimi) nondum data opera inquisitum est, tamen id quod in *A* præcedit herbarium ad Musam referendum esse certum uidetur. nam inscriptionem in *A* præfixam (est autem hæc: 'herbarium salubrium legendarum præcatio terræ matris carmen sic dicis', in qua inter 'legendarum' et 'præcatio' apparet intercidisse 'explicit. incipit'; ceteri codd. simpliciter inscribunt 'incipit præcatio terræ'), hanc inquam inscriptionem in *A* Præcationi Terræ præfixam si cum librorum *C D* subscriptionibus comparaueris, Præcationes olim clausulas herbarii alicuius sub Antonii Musæ nomine circumlati fuisse elucebit. quem uerum esse auctorem herbarii, cum hoc nondum sit editum, nunc quidem affirmare non licet; adferam tamen quod sententiam meam oppido corroboret. Plinius enim cum naturalem historiam simillime claudit his uerbis 'salue, parens rerum omnium Natura, teque nobis Quiritium solis celebratam esse numeris omnibus tuis faue', nescio an ad has Antonii Musæ Præcationes in fine operis de herbis salubribus positas respexerit. quid quod in omnibus codicibus carmina nostra excipit Antonii Musæ de herba Vettonica scriptinacula? quæ utrum pro se edita sit an particula integri herbarii olim fuerit, itidem nunc diiudicari nequit. sed sperandum est tandem aliquando extitutum esse qui his aliisque quaestionibus lucem adspargat exoptatissimam. interim non sine iure meo Antonio Musæ uindicasse mihi uideor Præcationes illas, quarum sermo incorruptus optima imperii Romani tempora redoleat. in opere autem medico et non tam doctorum quam populi usibus destinato ipsa res populare et dicendi et rei metricæ genus postulabat. itaque non fronte nimis censoria examinabimus carmina illa neque ut numeri ubique elegantissime cadant neque ut sermonis abundantia plebi consueta absit flagitabimus, superflua aut hominum cultiorum auribus ingrata recidentes. hæc repantanti secum saepenumero emendationes multo leniores erunt præsto quam quibus antea carminum textum emacu-

lare studebant. quod non ita me uelle accipi, quasi omnes sordes patienter ferendae sint a scribis inscitis inlatae, nix est quod moneam. carmen igitur prius sic correctum habeto.

## I.

## PRCATIO TERRAE MATRIS.

Dea sancta Tellus, rerum naturae parens,  
 quae cuncta generas et regeneras *indidem*,  
 quod sola praestas gentibus *vitalia*,  
 caeli ac maris diua arbitra rerumque omnium,  
 5 per quam silet natura et somnos *accipit*,  
 itemque lucem reparas et lucem fugas:  
 tu Ditis umbras tegis et immensum chaos  
 uentosque et imbres tempestatesque *attines*  
 et, cum libet, dimittis et misces freta  
 10 fugasque soles et procellas concitas,  
 itemque cum vis hilarem promittis diem;  
 tu alimenta uitae tribuis perpetua fide,  
 et, cum recesserit anima, in *te* refngimus:  
 ita, quidquid tribuis, in te cuncta recidunt.  
 15 merito uocaris Magna tu Mater deum,  
 pietate quia nicisti diuum numina;  
 tuque illa uera es gentium et diuum parens,  
 sine qua *nil* maturatur nec nasci potest:  
 tu es Magna tuque diuum regina es, dea.  
 20 te, diua, adoro tumque ego numen inuoco;  
 facilisque praestes hoc mihi, quod te rogo,  
 referamque *gratis*, diua, tibi merita fide.  
 exaudi *me*, quaeso, et faue coeptis meis;  
 hoc quod peto a te, diua, mihi praesta uolens.  
 25 herbas, quascumque generat maiestas tua,  
 salutis causa tribuis cunctis gentibus;  
 hanc *nunc* mihi permittas medicinam tuam.  
 ueniat *medicina* cum tuis uirtutibus:  
 quidque ex his fecero, habeat euentum bonum;  
 30 quique easdem dedero quique easdem a me acceperint,  
 sanos *eos* praestes. *denique* nunc, diua, hoc mihi  
 maiestas praestet tua, quod te supplex rogo.  
 paucis uerbis defendam mutationes a me factas, codicem lectionibus



potioribus adscriptis (ceteras ex Riesii editione et Baudinio petas). u. 2 'iudidem' scripsi coll. Catulli LXI 107: 'sidus' codd., quod diuersis modis sanabatur. — u. 3 'uitalia' dedi (coll. Liuii VI 49 'abstiuere eo quod uitale est'): 'tutela' codd., cui lectioni iusisteutes uiolentiissima quaeque excogitarunt. — u. 4 'arbitra rerumque' *D* suppeditauit: 'arbitrarumque' *BC* 'arbitratumque' *A*. — u. 5 'uatura et somuos capit' codd. hiatu intolerabili. Schmidtius 'captital' coniecit; ego praefero nel 'accipit' uel 'coucipit'. — 8 'attiuēs' scripsi: 'couthines' codd., librariis pro uocabulo prisco et iusuetu uulgarius substituentibus. retento illo 'couthines' transpositionibus plerique indolserunt. — 10 'soles' ego: 'solem' codd. iterum hiatu iuuuudissimo: scribae hic quoque pluralem sibi incogitum perhorruerunt. — 12 'tu alimenta' conieci: 'et alimeuta' codd.; uulgo 'et' delent. — 13 'in te refugimus' correxi. — 17 'tum (tu' *A*) illa uer et ('uere' *A* 'uero' *D*) gentium' codd.; quod posui, meum est; nisi quod fortasse 'tute' melius ponetur. — 18 'sine qua uec maturatur quicquam uec nasci potest' codd.; malui 'uil' restituere pro 'nec quicquam' (quod ut scriberent, librariis causa erat sequens 'uec') quam aut 'quicquam' aut 'nasci' reicere iu uersum iusequentem cum summo huius detrimento. — 19 'tu es magna tu es dinum regia dea' codd., corrigere studui. decessores delendo mutauitque uil effecerunt. — iu uu. 20 — 24 Schmidtius, cum poetam terque quaterque idem dixisse et uauos uerborum tinnitus edidisse parum duceret probabile, deleuit uu. 22 — 24. sed enim ne auerseris hanc loquacitatem iterum iterumque easdem sententias recoquentem populo non ingratham, couferas ex. gr. Amphitruouis Plautiuae prologum. — 22 'gratias diua tibi merito fide' codd.; pro 'gratis' forma breuiore hic et II 20 pleuiorem librarii posuerunt; quam remouei. uam etai Musa more Plautino u. 20 'num' u. 31 'eos' una syllaba, u. 30 'easdem' bisyllabe dixit, ab hac synizesi tamen abstinuit siue dubio in 'gratias' uocabulo, quod nec priores aliter quam tribus syllabis pronuntiabatur. — 23 'exaudi quaeso' codd.; 'me' iuserui. — 26 'tribuis' *BCD* (cf. II 3 sqq): 'tribuas' *A*. — 27 'uunc' addidi: omittunt codd. — 28 'ueuiat medicua cum' scripsi; 'ueuiat ('ueni ad' *A*) me cum' codd. — 29 'quidque' ego: 'quidquam' uel 'quicquam' codd. — 31 'sauos eodemque praestes' codd., iu qua scriptura emendanda uiam moustrauit Schmidtius 'eos fac. deuique' conicieus. sed 'praestes' retineri potuit. tum quod habent libri 'nunc diua postulo ut hoc ('hoc' om. *B*) mihi', glossemate deprauatum esse perspexit Schmidtius; nam 'postulo ut' ab harum precum reuerentia alienissimum est.

Alterum carmen sic legito :

## II.

## PRÆCATIO OMNIUM HERBARUM.

- Nunc uos potentis omnes herbas deprecor.  
 exoro maiestatem *nostram*, quas parens  
 Tellus generauit et cunctis dono dedit :  
 medicinam sanitatis in uos contulit  
 5 maiestatemque, ut omni generi *identidem*  
 humano sitis auxilium utilissimum.  
 hoc *supplex* exposco *et* precor: *uelocius*  
*huc* huc adeste cum uestris uirtutibus,  
 quia, *quæ* creauit, ipsa permisit mihi,  
 10 ut colligam uos; *fanit hic* etiam, cui  
 medicina tradita est. *quantamque* uestra *nunc*  
 uirtus potest, præstate medicinam bonam  
 causa salutis. gratiam, precor, mihi  
 præstetis per uirtutem uestram, ut omni  
 15 *in* rebus, quidquid ex uobis *ego* fecero  
 cuiue homini dederò, habeatis euentus bonos  
 et effectum celerrimum. ut semper mihi  
 liceat fauente uestra maiestate uos  
 colligere, . . . . .  
 20 ponamque uobis fruges et gratis agam  
 per uomeu *Matris*, quæ uos iussit nascier.

in hoc quoque carmine seuerissima adhibebat remedia anteriores, ego nil magis caui quam ne elegantius redderem quam ab ipso Musa confectum est. 1, 2 'deprecor exoro maiestatemque uestram uos quas parens' codd.; in qua scriptura 'que' uidetur ex dittographia, 'uestra uos' ex duplici lectione ('uostram — uestram') ortum esse. quamquam etiam Schneideri coniectura 'maicstatemque uestram exoro' habet quo se commendet. — u. 3 ex librorum lectione 'et cunctis gentibus dono dedit' apertum emblema 'gentibus' (secundum I 26 inculcatum) deleui. — 5 'ut' A: om. B C D; deinde expleui uersum inserta uoce 'identidem', quam ut minus sibi tritam et salua sententia omittendam abiicere scribae. — 7 'h. s. exposco pr(a)ecorue' codd., uisi quod 'et posco' D; hic in archetypo uidetur fuisse lacuna, quam utcumque suppleui. — 8 'huc' bis posui: semel codd. — 9 'quia qui' A B C; 'quaque' D cum ueri iudicio certissimo; nam

designatur Tellus herbarum creatrix. ergo 'quia quae' correxi. porro 'creavit uos' libri; eieci uoculam et superfluum et metro officientem (neque enim in mensura uocis 'ipsa' Plauti sectatorem fuisse Musam credo). ceterum 'ipsa' *B C D*: 'ipse' *A* interpolate. — u. 10 iterum librariorum suam loquendi consuetudinem secutos uidemus; nam cum antiquitas esset traditum 'fuit hic etiam, cui medicina tradita est' (sic enim ex nostra emendatione restitimus), illi 'fanente hoc' (nam quod *A* habet 'fanentem' merum est nitium) posuerunt, puto ut asyndeticam tollerent orationem. intellegendus est autem Aesculapinus. — 11 'quantumque uestra' codd., cum tamen 'quantamque', scilicet 'medicinam', flagitari appareat. syllabam autem in fine interlapsam aut 'nunc' aut 'iam' addendo explebis. — 13 'causa' *D*: 'causam' ceteri codd., deinde omnes libri 'sanitatis', quod bene Schmidtius comp. I 26 in 'salutis' mutauit. — 14 'uirtutem' *B C D*: 'tutelam' *A* pessime. — 15 'in rebns' scripsi: 'uiribus' *A C D* 'uirtutibus' *B*. 'ego' Schmidtius: om. codd. — 16 'habeatis' scripsi: 'habeat' codd., eidemque 'effectum celerrimum et euentus bonos', quod traiciendo in metri formam redegi. — 18 'uestra maestate' Schmidtius: 'maestate uestra' *A*, 'uestra' om. *B C D*. — 19 lacunam indicauit Schmidtius. — 20 'gratias' codd., correxi. — 21 'matris' (scil. Terrae) scripsi: 'maestatis' codd. — 'quae' *D*: 'qui' ceteri.

VI.

AD OCTAVIAM.

---

Unicum fabulae praetextae exemplum, quod nobis servatum sit integrum, ob res quoque narratas miro modo adlicit legentium animos atque attrahit Octavia, inter Senecae tragoedias, a quibus alienissima est, casu quodam ad memoriam nostram tradita. neque miror extitisse qui eam poetae nobilissimo Curatio Materno uellet uindicare. quod quamquam nec demonstrari potest nec sane ueri est simile, id tamen sententiae illius auctor, Franciscus Ritterus, bene sensisse uidetur, scriptam esse fabulam ab homine Neronei imperii aequali non multo post tyranni mortem (Oct. ed. Ritt. praef. p. VIII sqq.). tam uiuidis certe coloribus et ciuium fidorum Octaviae miserae timentium et aliorum a Nerone Poppaetaeque partibus stantium et uirorum studia contraria inter se conciliantium imago oculis nostris subiecta est, ut qui depinxit omnibus illis rebus non possit non interfuisse testis oculatus. quid quod Tacitum hac fabula tamquam fonte usum esse aliquot indiciis deprehendisse sibi uidebatur Ritterus? non infimi autem ordinis poeta erat, quippe qui quae dramatis personae singulae cogitarent sentirentque bene exprimeret. sed qua sanitate nos quidem, quotienscumque perlegimus, adfecerit fabula, grato animo testaturi sumus adlatis in medium emendationibus nonnullis coniecturisque. his enim non raro etiam nunc textus indiget, cum et recentibus tantum codicibus (saeculi XIV et XV) ex uno archetypo ductis ualdeque corruptis utamur

neque niri docti sntiles ubique curas eidem impenderint \*). sic nitiosa snt quae statim in initio (nam recte Peiperum uu. 35—57 traiecisse censeo) extant:

Fulgore primo captus et fragili bouo  
fallacis aulae quisquis attonitus stnpet:  
snbito labantis ecce fortunae impetn  
modo praepoteutem cernat euersam domnm.

nemo enim fragili bono aulae attonitus est, nisi qui summam rerum aulicarum specie sblimium atque magnificarum uanitatem penitus perspexit; hic autem homo in his rebns nouus et spectaculo insolito obstnpefactus designatur. neque numerum siuglarem 'bonnm' pro plnrali 'bona' similiter umquam positum puto; nam iuter ntrumque aliquid interest. ueluti, ut Senecae tragoedias percenseam, Phaed. 769 'anceps forma bonum mortalibus', Oedip. 6 'quisquamne regno gandet? o fallax bonum (scil. ei qui possidet), quantum malorum fronte quam blanda tegit', Thyest. 205 'maximnm hoc regni bouum est, quod facta domini cogitur populus sui tam ferre qnam laudare' recte se habent; nam de nno aliquo bono unius hominis siue rei proprio est sermo. ubi autem de regia fortuna, qualis sese offert humilium oculis, agitur, non locum habet uisi pluralis 'bona'; hinc legimns Agam. 57 sq. 'o regnorum magnis fallax Fortuna bonis', Oedip. 687 'solutus onere regio regui bonis fruor' et iu ipsa Octauiia 575 'inter laeta fortunae bona. noli igitnr dubitare, quin illud 'fragili bouo' debeatur monacho 'o uanitas uauitatum' clamanti et nerba non intellecta pro suo captu deformanti. itaque dubia erit uocis 'fragili' emendatio, certa est illius 'bono' correctio. propono: 'fulgore primo captus et *cultu* bona fallacis aulae quisquis attonitus stnpet'. et apnd Calpurnium ecl. 7, 36 sqq. pastor Neroneum quoddam spectaculum admiratus similiter ait: 'sic nndique *fulgor* percussit; stabam defixns et ore patenti cunctaque mirabar necdum *bona* singula noram'. sed dnbbium, ut dixi remanet 'cultu'; pro quo alia (ut 'fastu') aequa probabilitate couicias. iucerta est etiam nersus 37 lectio. ubi 'sub imo' partim, partim 'sub nuo' codd. tradnnt, sed omnes pariter 'latentis'. conieci 'sub uno *inanis* ecce fortunae

\*) scripta est haec commentatiuncula haud paucos ante annos editurque nunc additis nonnullis et deletis paucis quibusdam, quae interim alii uiri docti aut praeceperunt aut melius constituerunt. — numeros editionis Teubnerianae sequor.

impetu'; quod commemoro ideo ut aliorum excitem ingenia, non quasi ipse mihi satisfaciam. sed nullus dubito quin uu. 42, 43:

en qui Britannis primus imposuit iuga  
ignota et ante classibus textit freta

redeundum sit ad codicum scripturam 'iugo (interpolati libri: 'iugum') ignota tantis' hoc modo: 'imposuit iugum, ignota tantis classibus textit freta'. nam 'tantis', ut saepe, 'tot' significat; ceterum cf. ex. gr. Lucan. X 537 'densae praetexunt litora classes'. illud 'et ante', quod Lipsius scripsit, mihi quidem nimis proream sapit. et oratio asyndetica hic non displicet. — uu. 48 sqq. odium, quod Octaviam inter et Neronem erat, ita describitur:

nec graues luctus ualet  
ira coacta tegere. crudelis uiri  
secreta refugit semper, atque odio pari  
ardens mariti mutua flagrat face.

ita enim ulgo scribunt, cum codices tradant 'quem (que) secreta'; unde facili opera eruo: 'ira coacta tegere crudelis uiri, quem *aprela* refugit semper; atque' eqs. sed ea quoque quae subiciuntur uitiis non sunt innumera. et 'mariti' quidem Gronouius recte mutauit in 'maritus'; nam, ut uerba 'odio pari' docent, iam de Nerone agitur. sed illud 'mutua flagrat face' nondum aut explicatum aut sanatum est. nego enim atque pernego, Ritterum bene interpretatum esse: Nero aliam amat ab eaque uicissim amatur; quod uerbis ipsis minime inest. Gronouius autem cum totum locum sic restituere conaretur: 'ardet maritus: mutua flagrant face', legitimos concessosque emendandi fines transgressus est, qui circumscribendi sunt uerbis 'mariti mutua.' propono 'atque odio pari ardens maritus *aemula* flagrat face', hoc est secundum dicendi genus poetis usitatum: amore aemulae; quae erat Poppaea Sabina. — u. 53 sq.:

pietasque frustra: mutat inmitis dolor  
consilia nostra.

id quod plurimi libri habent 'mittit' indicio mihi est, uerbo a sententia minus apto 'mutat' substitui debere hoc: '*uertit* inmitis dolor consilia nostra'. — uu. 18 sqq.:

o lux semper funesta mihi,  
tempore ab illo nox es tenebris  
inuisa magis.

plerique codd. dant 'lux est', pauci 'nox est'. equidem neutrum probe intellego. scribo '*longe* es tenebris' (sive: longe's). — u. 105 sq. Octauia nullo pacto dixit:

toleranda quamuis patiar: haud nunquam queant  
nisi morte tristi uestra finire mala.

nam intolerauda potius se pati, eadem tota hac oratione declarat.  
lege 'toleranda iam uix patior'; fefellit librarium uerborum collocatio  
insolentior. — n. 175 sqq. de Britanico legitur:

saeua cui lacrimas dedit  
etiam nouerca, cum rogis artus tuos  
dedit cremaudos membraque et uultus deo  
similes uolanti flamma feruens abstulit.

'saeua nouerca' posset Agrippina uocari, si mortem Britannici inteu-  
disset. nunc autem cum ex Tacito (ann. XIII 14—18) sat constet,  
illam de prinigni (quo ad terrendum Nerouem utebatur) nece  
maestam fuisse atque mente consternatam, 'saeuam' illam nouercam  
mutabimus in 'saeuam', id est tristem. uerba sequentia 'dedit cre-  
maudos' uata sunt ex negligentia librarii uocabulum iam n. 175  
scriptum iterum praeponens; Ritteri enim defensionem reprob-  
neque adeo leuiter haec corruptela tolli potest. nam si Taciti ea  
de re narrationem (auu. XIII 17) sequimur, uoce imbris turbidissima  
ipsam Agrippinam mortuum rogo imposuisse parum sit  
probabile. puto 'uidit cremaudos' scil. ex arce regia. nam 'nidit' in  
'dedit' corruptum necessario uocem sequentem traxit. denique codices  
probi legunt 'feruens flamma abstulit'. quod uerum remouetur quidem  
transpositis, ut factum est in editionibus anterioribus, uocabulis;  
sed pulchrior a sententia neque plus a probabilitate externa recedens  
erit mutatio haec: 'saeuiens flamma abstulit'. — n. 201 utricis  
de Acte Nerouis paelice uerba sunt haec:

subiecta et humilis, atque monumenta extruit.

aegerrime in his ad priora uerba 'est' supplemus. nescio au 'atque'  
corruptum sit ex glossa 'acte', quae expulerit genuinam lectionem.  
fortasse 'subiecta et humilis alta monumenta extruit'. — u. 408 sqq.:

tunc illa uirgo, numinis magni dea,  
Iustitia caelo missa cum sancta Fide  
terrae regebat mitis humanum genus.

ex lectione librorum 'terra' recte anteriores fecerant 'terras', quod  
ita est recipiendum ut simul 'mitis' (hic enim de solo genere  
humano agitur) mutemus ita: 'terras regebat, mite et humanum  
genus'; quo respiciunt uerba u. 417 sq.: 'alia sed soboles minus  
couspecta (concepta?) mitis'. — in dialogo inter Neronem et Senecam  
constituito u: 472 habetur:

despectus eius faciet. — hoc absit uefas.

non satis faciunt coniecturae Lipsii 'conspetus' (uel 'detectus') et Ritteri 'dispectus' [quibus accessit nuperrime Buechelerus 'respectus' suspicatus], fortius ualidiusque uocabulum cum requirant Senecae uerba cum summa indignatione prolata 'hoc absit nefas'. cogitat enim Nero non de minis terroribusque, sed de caedibus, ut innuit n. 481 'tollantur hostes ense suspecti mihi' et 542 sq. 'nos quoque manebunt astra, si saeuo prior ense occuparo, quidquid infestum est mihi'. melius autem quam Raphelingii commentum 'dstrictus' mihi uidetur hoc: 'drectus ensis faciet'. nam de forma 'drectus' in longe plurimis codd. obuia sat constat [neque probantur mihi quae nuperrime de quodam discrimine, quod deprehendisse putabat, disseruit Voelkelius in *Fleckeis. ann.* 1877 p. 853 sqq.]. — u. 497 sqq. apponam emaculatos:

inuidia *castris* uicta consensu pio;  
 cessit senatus; equitis accensus fauor;  
 plebisque uotis *adque* iudicium patris  
 tu pacis auctor, generis humani arbiter,  
 electus orbem iam sacra specie regis.

mortuo enim Claudio Nero in castra praetorianorum progressus imperator consulabatur; atque hanc militum sententiam (cf. Tacit. ann. XII 69; Sueton. Ner. 8) sequebatur senatus (inuitus sine dubio atque haerens initio, ut par erat, in successore non legitimo, sed temporibus cedens) et fauore paulatim exceperunt equites. sed quo minus nobiles aliquamdiu dubitasse (unde Neronis in eos odium) negari potuit, eo magis Seneca non ut callidus adulator sed discipuli indolem naturamque bene notam respiciens e re putauit adicere, plebis nota cum Claudii patris uoluntate consensisse in eligendo imperatore nouo; quamquam Claudium ultimo nitae tempore longe aliter sensisse, non ignorabat. et 'castris' quidem, cuius loco libri 'tristis' habent, plauē necessarium esse primum uidit Graeuus (ad Suetonii l. I.) silentio fere omissus a nuperrimis editoribus. 'adque iudicium patris' autem nos correximus, cum codd. praebent 'atque iudicium patrum est', ortum inde quod senatus quae antecedit mentio induxit scribam ut 'patrum' poneret; quod suprascriptis litteris 'is' correctum, ut fere fieri solet, peperit lectionem codicum nostrorum. ceterum cf. Plinius in panegyrico c. 10 'ad hoc audiebas senatus populique consensum: non unius Neruae *iudicium* illud, illa electio fuit'. et alibi quoque hoc Claudii iudicium in partes uocat Seneca; cf. u. 598 'merita te diui patris'. porro notae sunt locutiones 'ad nutum', 'ad uoluntatem alicuius' similesque. — u. 584 sq.:



vix sustinere posset hos thalamos dolor  
 fidesque populi, sancta nec pietas sinat  
 aperte rescribendum est 'possit.' — u. 593 corrigo:

exprimere ius est ferra, quod nequeunt preces?  
 unde fortior euadit oppositio; et fauent huic correcturae libri mss.  
 'ferro' maximam partem uitiose exhibentes ('ferro' uulgata). —  
 u. 602 sq.

et ipse populi uota iam pridem moror,  
 cum portet utero pignus et partem mei.

concinnius foret 'et ipsa populi uota'; quod ad reliqua, non credo  
 Rittero adnotanti: 'quod subiecti nomen (Poppaea) lectori supplen-  
 dum relinquatur, cum aliquo uerecundiae sensu institutum uidetur'.  
 nam neque alias hanc uerecundiam praefert Nero et omisso Poppaeae  
 nomine hic non potuit obscurius id quod dicendum erat dici. inter-  
 cidit sine dubio post 603 uersiculus Poppaeae mentionem cum  
 amoris flagrantis significatione continens. [idem nuper Buechelerus  
 in musei Rhenani uol. XXVII p. 475 censuit, qui tamen minus  
 probabiliter Poppaeae nomen latere putauit in u. 602 sic fere refin-  
 gendo 'iam pridem et ipse nota Poppaeae moror'; nam populi stirpem  
 legitimam ex Nerone desiderantis commemoratio hic aptissima est.]  
 — in uu. 301—312 (nam ordiuem nuperrimae editionis sequimur)  
 non tam interpolatio statuenda quam iustus conexus facta aliquot  
 uersiculorum transpositione recipendus erat in hunc modum:

illi reges hac expulerant  
 urbe superbos ultique tuos  
 sunt bene manes, mactata tua  
 miseranda manu, nata Lucreti,  
 stuprum saeui passa tyranni.  
 te quoque bellum triste secutum est,  
 uirgo dextra caesa parentis,  
 ne seruitium paterere graue et  
 improba ferret praemia uictrix  
 dira libido.

nam triste illud bellum Virginiae necem secutum intestina est dis-  
 cordia seditioque populi. ceterum 'uictrix' illa 'libido' in mentem  
 mihi reuocat Liuii historici locum, cui grata degressionem paulisper  
 a nia instituta deflectentes opem ac salutem feramus. legitur apud  
 illum I 58, 5 'quo terrore cum uicisset obstinatam pudicitiam uelut  
 uictrix libido', quibus in uerbis postquam mendum agnouit Mark-  
 landus infeliciter 'uelut uictrix libido' proponens, Maduigijs (emend.

Liuian. p. 54) non ita felicius 'uel ui uictrix libido' scripsit. si enim terrore dedecoris inlato nicit libido, ui non opus erat in femina prae summo metu stuprum patienter ferente. scripsit me iudice Liuius 'quo terrore cum *uelut* uisisset obstinatam pudicitiam uictrix libido.' uitio uulgatissimo pro 'uinxisset' librarius respectu nocis sequentis 'uictrix' scripserat 'nicisset'; quae causa erat ut postea 'uelut' in locum ut uidebatur aptiorem transpenderetur. sed in uiam redeamus. de Agrippina fraude Neronis in mare missa et (naue demersa) cum fluctibus luctanti haec leguntur u. 361 sqq.:

mansit tacitis in pectoribus  
 spreta tristi iam morte fides:  
 multi dominae ferre auxilium  
 pelago fractis uiribus ardent,  
 brachia quamuis lenta trahentes  
 uoce hortantur manibusque leuant.

commemorat rem Tacitus ann. XIV 5 his uerbis: 'Agrippina . . . nando, deinde occursum lenunciorum Lucrinum in lacum inuecta uillae suae infertur.' sed quinam erant 'multi' illi, qui spreta Neronis ira certaue morte Agrippinae laboranti succurrerunt? fidi sine dubio ministri, qui ex nullo mari adiacenti naufragium niderant; ut docet illud 'dominae'. nescio igitur an pro 'multi' reponendum sit 'famuli.' sed ut hoc se habet, certa medela praesto est sequentibus. nam famuli, dum dominae uiribus pelago fractis auxilium ferunt, nauigiis utebantur teste Tacito; unde illi ineptissime dicuntur 'quamuis brachia lenta trahentes', quod non quadrat nisi in eos qui natantes subueniunt ipsique deficient. et ecce ipsi codices meliores 'trahentem' cum praebeant, ueri indicium nobis seruauerunt (nam sic quoque 'quamuis' absurdum est), unde genuinam poetae manum indubitate licet restituere: 'brachia quam (scil. dominam) uix lenta trahentem uoce hortantur manibusque leuant (in lenuncios)'. — u. 665 Octauia secundum codd. pessime dixit:

dabit hic nostris finem crisis  
 uel morte dies.

laetatur enim puella misera, quod nuptiis Neronis et Poppaeae institutis ipsa iam soror imperatoris nec amplius uxor est, unde uitam abhinc tantam possit degere. hinc u. 672 sq. exclamat 'absint tandem tristes poenae *letique metus*.' et testatur idem (bene adnotante iam Rittero) Tacitus ann. XIV 64: 'pancis dehinc interiectis diebus mori iubetur, cum iam uiduam se et tantum sororem testaretur.' itaque diem illum festum, quo Nero Poppaeam uxorem

duxit, Octavia praedicare debuit tamquam curas sibi eximentem. aut omnia igitur fallunt aut sic locuta est: 'dabit hic nostris finem curis *sine* morte dies.' nam antea ab una morte curarum leuimentum sperauerat. possis etiam 'nec morte.' — u. 674 sq. chori sunt uerba:

scelerum diri, miseranda, uiri  
potes heu demens sperare memor?

pro 'heu' codd. 'hic' uel 'hoc' uel 'hec' exhibent. poetarum usus flagitat '*a demens.*' — u. 708 sqq. uetrix Poppaeae blandiens haec uerba facit:

Caesari iuncta es tuo  
taeda iugali, quem tuus cepit decor  
et culpa Senecae: tradidit uinctum tibi  
genetrix amoris, maximum numen Venus.

Senecae culpam cum alii aliter, modo ad persuadendum accommodato uero, interpretati essent, nuper Adolphus Stahrus in libro quem de uita moribusque Agrippinae conscripsit (p. 291) eo referendam esse censuit, quod Seneca Neroni uesano Poppaeae amore correpto dissuasisset nuptias, colligeus enim maxime tyranni uerba (n. 600) 'desiste iam grauis uimium mihi instare: liceat facere quod Seneca improbat'. quae interpretatio uimis scilicet contorta minime mihi adridet. nam praeterquam quod si auctor haec dicere uoluisset, aliis certe eisque band ita obscuris uerbis uti licuisset, non conuenit uetrici in adulationem et alumnae laudes effusse talia profari. quasi uero magna gloria sit, alterius culpa aliquid uancisci! haec mihi reputanti sic poeta scripsisse uidetur: 'quem tuus cepit decor et *cultus*: ecce tradidit uinctum tibi' eqs. est autem cultus accipiendus de elegantiore uitae externae specie ac splendore: cf. ex. gr. Tacit. annal. XIII 46 'illum animo et cultu magnificum'; et de Poppaea cf. ibid. 45.

Ceterum ut crimen sublato de medio Senecae nominis redimam, ostendam ubi idem sit restituendum. Tacitus ann. XIV 15 haec de Nerone uarrat: 'postremus ipse scenam incedit, multa cura temptans citharam et praemeditans adsistentibus phouascis. adcesserat cohors militum, centuriones tribuuique, et maerens Burrus et laudans. tuncque' eqs. ad uerba 'et maerens Burrus et laudans' adnotant Burrum, cum maereret animo, uoce tamen laudasse principem; 'et' igitur pro 'et tamen' accipiunt. quod iam per se habet quo ualde displiceat. praeterea quis credat, ita egisse Burrum, quem numquam non et militariter strenuum et neritatis pronuntiatorem in-

corruptum et quasi quoddam priscæ uirtutis exemplar obuium habemus? et de hoc uiro Tacitus semper data occasione cum uerecundia quadam ac reuerentia loquitur (cf. ex. gr. uerba de Barro mortuo c. 51: 'ceterum grande eius desiderium mansit per memoriam uirtutis') opponitque Senecæ utpote in adulationem nimis profuso (ut XIV 7). igitur ut Burrum macula moribus eius integris seuerisque temporum iniuria librariorumque socordia inusta liberemus, ita rescribamus 'et maerens Burrus et laudans *Seneca*. tuncque' eqs. atque ceteri rerum Romanarum auctores tantum abest ut hanc emendationem refellant, eam ut egregie stabiliant atque confirment: cf. Sueton. Ner. 21 ('iuxtaque amicorum intimi') et Cassius Dio LXI 20 diserte Burrum et Senecam simul commemorans. — reuertamur ad Octauiam, in qua fabula u. 772 sqq. Poppaea hæc dicit:

ut expientur noctis et somni minae  
terrorque in hostes redeat attonitus meos.  
et nota pro me suscipe et precibus piis  
superos adora, maneat ut praesens metus.

hic primum 'adtonitus' reponendum esse, miror quod adnotare mihi reliquerunt anteriores. melius eidem uiderunt, per 'et nota' prae hic procedere orationem; itaque Gronouius 'tu nota', Heinsius 'i nota' coniecerunt. lenissimum idemque aptissimum erit 'en, nota pro me suscipe': nam in talibus adhortationibus particula illa usitatissima est. in uerbis denique 'maneat (sic enim fidelissimi libri tradunt) ut praesens metus' nou rectum est 'praesens metus'. iam enim Poppaea sedato animo metus timoresque abiecerat. itaque non 'maneat', id quod priores arbitrabantur, sed 'metus' correctione eget. lege 'maneat ut praesens *quies*', quod librarius sententiam non perspicuens mutauit secundum u. 738 'coacta praesenti metu'. [nuper Buechelerus l.l. 'praesens status' proposuit; etiamnunc 'quies' mihi praeplacet]. — u. 787 sqq.

formam Sparte iacet alumnae  
licet et Phrygius praemia pastor,  
uincet uultus hæc Tyndaridos,  
qui mouerunt horrida bella  
Phrygiaeque solo regna dedere.

unice aptum est tempus praesens 'uincit'; futurum reposuit librarius praua comparatione u. 782 sq. 'quae regit et nunc deseret astra, petet amplexus, Poppaea, tuos'. porro dubito num recte dicatur 'Phrygiae regna solo dare' putoque librarium more consueto uocabulum ex uerbis proxime praecedentibus memoriae inhaerens

substituisse. lege *'Priamique solo regna dedere'*, id est, Troiam; et sic u. 832 *'regna enertit Priami'*. — u. 815 sqq.:

saepire flammis principis sedem parant,  
populi nisi irae coniugem reddat nouam,  
reddat penates Claudiae uictus suos.

*'dare'* uel *'concedere populi irae'* latinum est, non item *'reddere'*. neque repetitum reddendi uocabulum hic, ubi rhetorica nis nulla est, placet. Grotius proposuit *'dedat'*, quod uerbum suapte natura minus conuenit. lege *'coniugem cedat nouam'*. — u. 872 sqq. hic extat Neronem inter et praefectum dialogus:

*Praef.* poenam dolor constituet in cines tuos?

*Nero.* constituet, aetas nulla quam famae eximat.

*Praef.* qua temperet nos ira, non noster timor.

uerba ultima sensu idoneo carent. lege *'qua temperet uestra ira, non noster timor'*, hoc est, qua poena tua quidem ira lenimentum capiat, non tamen noster timor. est enim *'uestra'*, ut saepe, pro *'tua'* positum; sic quae u. 952 sq. in chori cantu leguntur *'animum firment exempla tuum, iam multa domus quae uestra tulit'* necessario sunt mutanda in *'domus quae uestra (= tua, scil. Octaviae) tulit'*, ut habent aliquot libri. — u. 881 praefectus interrogat:

estne qui sontem arguat?

cui Nero respondet:

populi furor,

non plane id quidem absurde; sed multo melius, nisi fallit me opinio, dixit *'populi fauor.'* et saepius *'furor'* et *'fauor'* uocabula in hac fabula sunt confusa; populi furorem sumere potuit librarius e u. 862. — u. 936 sqq.:

quis mea digne deflere potest  
mala? quae lacrimis nostris questus  
reddet aëdon?

codicum proborum lectio *'redderet'* me adducit ut rescribam *'quae lacrimis nostris questus reddere aëdon?'*, scil. digne potest. — u. 947 sqq.:

regitur fatis mortale genus,  
nec sibi quisquam spondere potest  
firmum et stabile;  
per quae casus uoluit uarios  
semper nobis metuenda dies.

totum locum esse corruptissimum, omnia clamant. nec in *'per quae'* aliud quam *'Parcae'* latet, siquidem cum *'per'* et *'par'* tum *'ce'* et

'que' perpetuo iuter se commixta sunt. deinde post 'stabile', ubi sane facillime intercidere potuit, intersero 'stamen'. nullam enim nec productio ultimae iu uoce 'stabile' syllabae ante 'stameu' (cf. L. Muellerus de r. m. p. 326) nec uero unica Parca habet offensionem. est autem 'firmum et stabile stameu' filum non rupturum duraturumque; ut similiter dixit Vergilius 'couubio iungam stabili'; cf. etiam Calpurnius ecl. IV 139 'mortale resolute pensum et date *perpetuo* caelestia fila metallo.' ad sequentis uersus emendationem proficiscendum est a scriptura librorum bonorum 'uoluitur uarios', ex qua extundo 'uoluit uolucris uarios', uisi malis 'uolucer' [de forma feminina 'uolucer' cf. Neue, lat. Form. II p. 10 ed. sec.]. totum igitur locum in hanc refingimus speciem:

regitur fatis mortale genus;  
 uec sibi quisquam spondere potest  
 firmum et stabile *stamen* Parcae:  
 casus uoluit *uolucris* uarios  
 semper uobis metuenda dies.

cf. Horatius od. III 28, 6 'ueluti stet uolucris dies'; IV 13, 16 'inclusit uolucris dies.'

## VII.

### AD TACITUM.

---

Inter Taciti scripta et ob traditionem et ob depranationem ingentem libellus de Agricolae uita et moribus singularem tenet locum; quippe seorsim a ceteris illius operibus peruenit ad nos codice quodam antiquo, quem saeculo decimo quinto medio inuenit Pomponius Laetus. cuius ueteris exemplaris nunc deperditi duo extant apographa, quorum unum idque melius est codex Vaticanus 3429 manu Pomponii Laeti intra a. 1464 et 1471 scriptus, alterum negligentius factum est codex Vaticanus 4498 eodem fere tempore exaratus: utriusque lectiones summa cum accuratone nuperrime enotauit C. L. Urlichsius in sua Agricolae editione, quae Wirceburgi a. 1875 prodiiit. ex quibus libris etsi facile recipari potest communis archetypi scriptura, tamen hic ipse archetypus nitiorum omnium multitudine horrida laborauit saeculorum antecedentium culpa cumlata. praetereo menda uulgaria, quorum nullo non genere textus inquinatus est: unum praeter cetera corruptionis genus granissima libello damna intulit. nam erat olim scriba quidam, qui nimis ad finem properans saepissime siue singulas sine complures uoculas omisit; quae postea ab ipso uel potius a correctore et in margine et inter lineas additae turbas innumeras exciuerunt eo quod alter librarius correcturas parum intellegens plurimas uoces non recte in uerborum seriem recepit. et transpositionibus sanandum esse Agricolaem, hic illic iam anteriores critici perspexerunt; sed quam late pateret quantamque stragem edidisset hoc corruptionis genus,

nemo diuinando adsequatur; ut immanis opusculi huius deprauatio latuit omnino plerosque. nam et editores criticique, ne scilicet locis nimis multis mutarent lectiones traditas, plus iusto cauti timidique extiterunt et tenacissimi apicum interpretes (ut Kritzius, Peterus aliique) exemplis alienis adlatis fucatam ueritatis speciem circumdabant eis, quae simplicis et ab artificis abhorrentis iudicii homines corrupta esse agnoscunt. accessit ad augendam calamitatem, quod de Tacito res erat breuitatis quam maxime studioso: hinc enim paratum semper et satis commodum auxilium ad ineptias quaeque gnauiter defendenda petere licebat. sed enim brachylogiae quoque certos firmosque esse fines apud scriptorem non medicrem, non uidentur illi secum reputasse; neque ad hoc satis animum adnerunt, Agricolaem et colorem plane alium quam scripta historica prae se ferre et, ad tempus quod attinet, inter dialogum imperante Tito conscriptum editumque et reliqua opera medium optinere locum, ideoque breuiloquentiae, quae in Historiis et Annalibus magis magisque exulta appareat, in Agricola semina tantum atque initia deprchendi. de isto autem editorum interpretumque numero unum, ut par est, excipio Peerlkampium, uirum et ingeniosissimum et in ueritate indaganda strenuissimum. qui admirabili ueri aptique sensu ductus optimo iure plurima in suspicionem uocauit, quae priores nimis patienter tulerant. quodsi idem tam felix in emendationibus suis quam in lectionibus receptis falsitatis conuincendis fuisset, omnium optime de Agricola meritis esset. sed cum coniecturas procuderet saepenumero admodum improbabiles et praeterea haud raro argutius quam ueris scripturas sanissimas elegantissima quaeque Tacito reddendi feruore abreptus impugnaret terminos criticis constitutos transiliens, mirandum non est quod apud plurimos insequentis temporis doctos editio illius minore in honore habebatur atque etiam male audiret. qui si non deterriti mutationibus a uiro egregio parum prospere factis potius rectis uerisque eius obseruationibus dubitationibusque uti et insistere uoluissent, ne illi multo melius Tacito quam nugae traditas semper semperque recquendo consulissent. eo autem magis Peerlkampium debita cum laude hic commemorare me impellit animus, quo saepius cum hoc uiro me consentire in uulgata scriptura addubitanda cognoui. — perpetuo commentario critico, quod iam exhibemus, hoc habeo praemittendum. editionum siue omnia Taciti opera siue solum Agricolaem continentium praeter Oberlinianam nuperrime acceptam tantummodo recentiores (inde a Rothiana) praesto mihi fuerunt, quibus accesserunt pauci libelli scholastici (ut Henrichseni). quodsi



hic illic (quod tamen non pnto accidisse) ab anterioribus iam inuenta protulimus, non nobis id uitio nertant sed nuperrimorum editorum silentio.

Cap. I. *at nunc narraturo mihi uitam defuncti hominis uenia opus fuit, quam non petiissem incusaturus iam saeua et infesta uirtutibus tempora.* de hoc loco quamquam multi multa disseruere, nemo tamen aut explicationem aut emendationem protulit eam, qua omnes difficultates tollerentur. et 'nunc' quidem quod nonnulli significatione latius patente ('in der Jetztzeit' uertit Peterus) ad Domitiani quoque imperium pertinere affirmant, falsissimum est. nam qui uoci 'nunc' subiungit 'narraturo mihi', is non potest in animo habere nisi id ipsum quo scribit tempus. porro num credibile est, Tacitum hoc loco 'nunc' aliter posuisse quam initio capituli tertii, ubi uerbis 'nunc demum redit animus' ad Traiani imperatoris, sub quo libellum suum composuit, aeuum spectant? abiicienda est igitur ista noculae 'nunc' interpretatio utcumque excogitata ab eis qui de uerbis 'opus fuit' sustinendis desperarent. nam illud artificium, quo 'opus fuit' nonnulli ex epistulari dicendi genere defendunt, in hoc Taciti opusculo unum cassumque esse, sane in propatulo est. itaque cum illis 'nunc narraturo mihi' tempus praeteritum 'fuit' nullis machinis conciliari potest. hinc natae Niebuhrii qui 'nunc' in 'nuper' mutabat, et Spengelii, qui 'nunc' delebat, coniecturae inprobabiles. egregie autem succurrit C. L. Rothius unica lineola (fuit) addita scribens 'opus fuerit'; et saepius ita Tacitus in Agricola loquitur: c. 9 'iniuria uirtutum fuerit', c. 33 'nec inglorium fuerit', c. 46 'praeeperim'. difficiliora sunt ea quae secuntur 'quam non petiissem incusaturus'. quae per latinitatem quidem non aliter interpretari licet quam ita: quam non petissem, si uellem incusare. quae uerba neutiquam is facere potest, qui statim in capite secundo (ut in toto omnino libello) adiecturus est incensationem grauissimam acerbissimamque. itaque Puteolanus 'ni cursaturus', Lipsius 'ni incusaturus' proposuerunt. quae num a sermone latino stare possint, nolo nunc explorare: nam a sententia male se habent. quid enim? ideone Tacitus excusationem petit quod Domitiani tempora saeua et truculenta incusaturus est? hoc nulla excusatione egebat. cur igitur illi opus est uenia, id est, beniuola indulgentia (sic enim 'uenia' accipiendum esse recte monnit Wexius prolegg. p. 158)? nimirum propter mutatam plane temporum condicionem, qua factum erat ut et homines iam minore in honore haberent ut ipsas uirtutes ita uiuorum uirtutibus praeclarorum descriptiones et

scriptores ipsi tamdiu silere coacti loquela rudi incultaque uterentur. hanc ob causam Tacitum uenia sibi opus esse putasse, ut huius enuntiati cum prioribus conexus ita caput tertium recte perpensum persuadent. unde autem mutatio ista temporum? Domitiani hoc uitium erat imperii diri, quo uirtutum amor in hominum animis extinctus et scriptorum ingenia studiaque oppressa essent. hinc igitur eius rei, quod ueniam petiit, culpam dare licuit. quid multa? scripsit Tacitus: 'quam quod petii, sum incusaturus tam saena et infesta uirtutibus tempora.' quibus uerbis aptus ad sequentem in capite secundo incensationem fit transitus.

Cap. II. *Legimus, cum Aruleno Rustico Pactus Thrasea, Herennio Senecioni Priscus Heluidius laudati essent, capitale fuisse.* uarie explicabant 'legimus'; et plerique quidem adquienerunt in eo, ut ad acta diurna referrent. sed in facinore tam atroci et nuperrime facto, quod ut summam mouerat indignationem ita in aequalium omnium memoria uigebat recenti quodque praeterea plurimi snis ipsi oculis uiderant (cf. cap. 45), legendi uerbum locum habet nullum. nam quod uir quidam uersutus Tacitum haec de se absente dixisse arbitrabatur: et in hoc capite et in eo, quod est quadragesimum quintum, scriptor de aequalibus omnino loquitur ('dedimus profecto', 'perdidissemus', cct.). coniecerunt Lipsius 'uidimus', Peerlkampius 'meminimus'; ego praefero 'fleuimus'; cuius uocis littera prima cum non scripta esset utpote a rubricatore in initio noui capituli addenda neque ab hoc adderetur, ex 'leuimus' postea fecerunt 'legimus'. poetarum autem usum, ut adamat, secutus Tacitus flendi uocabulum cum infinitiue construxit.

Cap. III. *Nunc demum redit animus; et quamquam primo statim beatissimi saeculi ortu Nerua Caesar res olim dissociabiles miscuerit, principatum ac libertatem, augeatque* eqs. prae nonnulli recentium editorum Spengellii coniecturam 'rediit' receperunt admissa simul Bipontinorum lectione 'sed quamquam'. neque enim hic agitur de re iam perfecta, sed de ea quae paulatim ac lente progreditur; ut ex eis quae secuntur dilucide apparet ('natura infirmitatis humanae tardiora sunt remedia quam mala'). maiore iure in illo 'res olim dissociabiles' offendissent. duplicem significationem habet uocabulum 'dissociabile', aut actiuam (quod dissociat) aut passiuam (quod dissociari potest). at idem, siquidem interpretibus et lexicographis fidem damus, sententiam plane contrariam nactum est hanc 'quod sociari nequit'. quod commentum plane incredibile est. quando enim ex. gr. 'dissolubile' (= quod dissolui potest) ualet 'quod solui nequit'?

intulerunt nempe boni isti homines de seruando aliter Taciti loco desperantes ex arbitrio atque lubidine id quod suapte natura uocabulum illud respicit. colligunt Horatii (od. I 3, 22) 'oceanodissociabili', quod tamen priore illa significatione actina (oceanodissocianti) accipiendum esse et Naegelsbachius (Lat. Stil. § 117, 2) multis exemplis docuit et Silius Italicus (XIV 20) Horatium respiciens confirmat. porro quem Klotzius adduxit Clandiani locum (in Rufin. II 138) 'non dissociabile corpus coniunctumque sumus', is recte explicatus — scil. ita: sumus unum corpus coniunctum et quod dissociari nequeat — nihil comprobat. denique si comparant uerbum 'dissocialis' apud Rutilium Namatianum (I 384) obuium, huic quoque iusta interpretatio adhibenda est. nam dictum notissimum, hominem animal esse sociale, Rutilius ita innertit ut Iudaeum animal humanis cibis dissociale (quod se dissociet a ceterorum uictu) noceret. itaque nentiquam ostenderunt, 'dissociare' esse posse 'non sociare' et 'dissociabile' id quod sociari non potest. accedit quod Tacitus hoc designaturus alibi uerbo 'insociabilis' utitur: cf. ann. IV 12; XIII 16; XV 68. iam cum nec altera significatione uocabuli passiuam quidquam proficiamus (nam res inde ab Augusto semper dissociatas nemo scriptor prudens uocat 'olim dissociabiles'), uerbum illud in mendo enbare autumauerim. et ipsi codices inter se dissentiunt: *A* 'dissociabiles', *B* 'dissolubiles' praebent. unde in archetypo uocabuli exitum lectu difficiliorem fuisse pnto. Tacitus nescio an scripserit 'res olim dissociatas'.

ibidem: *pauci et uti dixerim non modo aliorum, sed etiam nostri superstites sumus*. in his 'et' abundat, 'uti dixerim' non latinum est. sed Rhenanus, qui deleto 'et' rescripsit 'ut ita dixerim' (quod Woelfflinus secundum nsum Taciteum refinxit in 'ut sic dixerim'), soli latinitati consuluit, non item sententiae. recte dicunt formula 'ut sic (ita) dixerim' locutionem aut notionem aliquid insoliti habentem aliquatenus mitigari: cf. interpretes ad Germ. c. 2. non indigent autem, id quod bene monnit Peerlkampius, addito illo uerba 'non modo aliorum superstites sumus': res enim omnium uulgarissima est. itaque saltem scribendum erat 'pauci non modo aliorum, sed etiam, ut sic dixerim, nostri superstites sumus'. quamquam uel hoc 'sui (sibi) superstitem esse' nihil insueti praefert. neque in eis quae Seneca a Woelfflino comparatus (epist. 30, 5) scribit: 'Basens noster uidetur mihi prosequi se et componere et uiuere tamquam superstes sibi' id quod est 'tamquam' extenuat locutionis audaciam (quae nulla est), sed hoc fere ualet 'nuit ut aliquis qui sibi est superstes'. itaque

cum Rhenani emendationes minime sufficiant, ego in ipso illo 'nti dixerim' uitium latere suspicor ita tollendum: 'pauci et *utique* (utiq.) *miseri*', quibuscum uerba sequentia 'exemptis e media uita — uenimus' egregie coniunguntur. possis quoque conicere 'pauci et, ut sic dixerum, *miseri*'; nam hoc '*miseri*', cum *προσδύκτων* sit, additum illud tolerat. — ceterum pro 'aliorum' Peerlkampius uoluit 'illorum', scil. qui siue fortuitis casibus siue saeuitia principis interciderunt; quod ualde arridet.

Cap. IV. *studium philosophiae acrius, ultra quam concessum Romano ac senatori, hausisse* \*). Tacitus cum saepissime synonyma in scriptis praesertim minoribus coniungat, numquam tamen *δουδύτως* coniungit. nam unicum, quem sexcentis additae copulae exemplis obstare uideo, locum Germaniae c. 14 'illum defendere, tueri' unusquisque semel admonitus intellegit repetitis duabus litterulis ita esse restitendum 'illum defendere *et* tueri': cf. Dialog. 7 'tueri et defendere'. neque in Agricolae loco oratione asyndetica ius alterutrum uocabulum eiciendi nobis dari existimo; immo hic quoque unica littera iterata 'acrius *ultraque* quam' rescribendum est. nam inprobendam quam maxime duco coniecturam Andreseni ab Halmio laudatam, qua pro 'acrius' reposuit ille 'ac iuris'; quippe de sola philosophia hic agi ex fine capitis elucet †).

Cap. V. *Prima castrorum rudimenta in Britannia Suetonio Paulino, diligenti ac moderato duci, adprobanit, electus quem contubernio aestimaret*. interpretes hic ualde aestuant, sed unum omnes praeteruiderunt. ad 'electus' enim cum subaudiamus 'Suetonio Paulino' (datium ex more Taciteo pro ablatiuo cum 'ab' accipias), hoc 'Agricola Suetonio electus est quem contubernio aestimaret' per latinitatem nihil aliud potest significare quam hoc 'electus est ut eum (Suetonium) aestimaret contubernio'. quae sententia peruersissima est. illud autem quod subesse putant, Paulinum scilicet Agricolae in contubernium recepto aestimationis signum uoluisse exhibere, Tacitus, siquidem latine scribere intellexit, ita debuit exprimere 'electus qui contubernio aestimaretur'. sed ipsum illud 'contubernio aestimare' non mediocriter scrupulum mihi mouet. nam quod explicant 'recipiendū in contuber-

\*) quae in initio capitis leguntur 'pater Iulii Iulius Graecinus, senatorii ordinis' melius Lipsio molestum illud 'Iulii' delenti correxit Woelflinus, qui secundum usum Taciteum 'illi' reuocauit: cf. Philol. XXVI p. 140.

†) in fine capitis 'uehementius quam caute' Nipperdeius scripsit 'cautius'; sed recte defendit traditam scripturam Woelflinus (Philol. XXV p. 118).

nium indicare quanti aestimaret', fictum est arbitrarie neque non comprobatur. nam in locutione 'aliquem (aliquid) aliqua re aestimare' ablativus rationem iudicii designat. veluti quae apud Quintilianum (X 1, 10) leguntur de Socrate: 'sic egit ut qui poenam suam honoribus summis esset aestimatus' explicanda sunt ita: honores summi qui eum apud posteros manebant causa erant ut de poena sua eam quam habuit aestimationem haberet (ex honoribus illis poenam metiebatur). itaque cum dictiones, quales sunt 'aliquem parvo, magno, vita aestimare', hic non liceat comparare, quid illi 'contubernio aestimare' faciamus incerti haeremus. nam si uelis interpretari (id quod nonnulli fecerunt) 'adprobavit, postquam Paulinus eum elegit quem ex contubernio metiretur', hoc rerum naturae repugnat, cum adprobationem potius secuta sit electio; et remanet altera difficultas in ratione grammatica posita. ex his angustiis quomodo me expediam non habeo nisi ita ut 'aestimaret' a librario quodam adiectum dicam, postquam 'electus que' depravatione obuia ex 'electusque e' corruptum est. iam 'hoc adprobavit electusque est contubernio' breuiter et concinne dictum Tacito est dignissimum. — paucis dicam de uerbis proximis 'nec Agricola licenter more inuenim' eqs., in quibus Heraeus uoculam interlapsam esse agnouit. sed prae eius coniectura 'licenter egit' malo hoc 'nec agebat Agricola licenter', eadem imperfecti et perfecti uicissitudine quam habemus in fine capituli ('agebantur, cessit').

ibidem: *simulque et anxius et intentus agere*. interpretes 'anxius' accipiunt pro 'cautus', id quod prorsus insolitum est. quam significationem ut uocabulo inesse statuerent adducti sunt eo quod intellexerunt, quamuis etiam in imperatores utpote homines cadat anxietas (cf. ex. gr. Sallustii Ing. 55, 3; 93, 1), eandem tamen nunquam homini militari landi datam esse nec dari posse. neque uero Agricola tunc erat dux uarios casus belli futuros sollicito diligenterque perpendens, sed tiro nonicius, cui mandata a duce imposita strenue erant exequenda. quid igitur multa? scripsit Tacitus 'et *anxius* et intentus agere'. haec autem bene inunguntur. nam qui enixe rem aliquam agit, facile feruore suo impetumque in praecipitatus datus negligit circumspicere procedere. hoc Agricola nitabatur simul intento agendo. uertitas germanice 'ungleich eifrig und aufmerksam'. — deinde in uerbis 'non sane alius exercitatio magisque in ambiguo Britannia fuit' recipienda est Buchneri emendatio 'excitatio'; nam quid inter duo illa uocabula interesset, bene demonstraui Woelfflinus (Philol. XXVI p. 142). porro retinenda est codicum lectio 'intersaepti exar-

citus': cf. L. Urlichsii commentatio de uita et honoribus Agricolae p. 23 not. 2.

ibidem: *quae cuncta etsi consilio ductuque alterius agebantur ac summa rerum et recuperatae prouinciae gloria in ducem cessit, artem et usum et stimulos addidere iuueni*. mirifice se torquent interpretes in explananda illa 'summa rerum'. uertunt 'das Ganze, das ganze Verdienst' siue 'der Erfolg im Ganzen'. quibus missis accuratius quid rei sit uideamus. 'summa rerum' triplicem habet intellectum: ualet 'summum imperium', quod iam dudum erat ducis ideoque non tunc in eum cessit; ualet 'summa pars rerum gestarum', quae quoniam ab eo qui consilio ductuque suo omnia gessit perfecta est, itidem non potest dici cecisse in ducem; ualet denique 'salus, uita' (cf. exempla a Peerlkampio adlata), quod si hic ita locum haberet ut ad proxime praecedentia 'tum de salute, mox de uictoria certaueret' respiceret, additum oporteret 'defensa' uel 'restituta' uel simile aliquid. Peerlkampius igitur coniunxit 'summa gloria rerum et recuperatae prouinciae'. sed in his 'summa' non recte se habet. nam si merum est epitheton, egregie abundat. sin pro 'praecipua' est positum, inde consequitur aliquam tamen gloriam in iuuenem cecisse; at huic tantummodo 'artem et usum et stimulos addidere' cuncta illa quibus praesens interfuit. neque fama separat ea quae dux expeditionis auctor quaeque eius ministri gerunt (nisi forte singulari aliquo facinore eminent), sed in illum omnem gloriam confert. quapropter ego in uerbis 'summa rerum' uitium odoratus bene coniungi puto '*fama rerum et recuperatae prouinciae gloria*': cf. ex. gr. Hist. IV 39 'claros rerum fama'. nulla autem confusio frequentior est in codicibus quam litterarum cum 's' et 'f', tum 'u' (uel 'ū') et 'a'.

Cap. VI. *mox inter quaesturam ac tribunalum plebis atque ipsum tribunalus annum quiete et otio transit, gnarus sub Nerone temporum, quibus inertia pro sapientia fuit. idem praeturae certior et silentium*. ad priora uerba inter quaesturam ac tribunalum suppleri uolunt 'annum'. ualde dubito num Tacitus tam neglegenter scripserit, potiusque librariis uocem 'annum' inter lineas adscriptam errorum ansam dedisse putauerim. lego: 'inter quaesturam ac tribunalum plebjs *annum* atque ipsum tribunalum', unde colorem uere Taciteum accipit oratio; sic statim 'sub Nerone temporum' et saepius similia habes. in uerbis 'certior et silentium' spretis Rhenani 'tenor' et Ritteri 'otium' concipientium commentis (nam non minus illa languent atque abundant quam quod Urlichsius proposuit 'terror' et

quod ego ipse aliquando conieci 'torpor') unice sequendum censeo Peerlkampium lenissima traiectione uerborum restituentem 'quibus inertia *certior et* pro sapientia fuit. idem praeturae silentium'. nam ob eandem litterarum similitudinem 'certior et' post 'inertia' intercidit.

ibidem: *ludos et inania honoris medio rationis atque abundantiae duxit*. 'ludos ducere', quocumque modo explicare conaris, latinum non est. itaque locum non intactum ad nos peruenisse recte haud pauci sumpserunt. Rothius et Peerlkampius 'media' scripserunt, quod esse uoluerunt 'media inter rationem et luxuriam esse oportere duxit'. sed hoc ipsum 'oportere' deesse omnino nequit. unde etiam Lipsii refutatur coniectura 'ludos atque inania honoris moderationis a. a. duxit', in qua itidem necessario 'esse oportere' desideratur. equidem ante 'medio rationis' interlapsum puto 'moderanda'; et sic Cicero loco iam a Petero adlato (de Off. II 60): 'tota igitur ratio talium largitionum genere uitiosa est, temporibus necessaria; et tamen ipsa ad facultates accommodanda et mediocritate moderanda est'.

Cap. IX. *iam nero tempora curarum remissionumque diuisa: ubi conuentus ac iudicia posecerent, gravis intentus seuerus et saepius misericors: ubi officio satisfactum, nullam ultra dignitatis personam; tristitiam et arrogantiam et auaritiam exuerat*. primum praua sunt illa 'seuerus et saepius misericors'. ubi duae res diuersae ita opponuntur ut alterutra saepius quam altera usu uenire dicatur, sic fere Tacitus loquitur: Agric. 19 'nec poena semper, sed saepius poenitentia contentus esse'; ibid. 38 'aliquando frangi aspectu pignorum suorum, saepius concitari'; Germ. 42 'raro armis, saepius armis iuuantur'; Ann. IV 1 'eiusque causa modo largitio et luxus, saepius industria ac uigilantia'; et sic 'modo — saepius' habes etiam Ann. XI 16 et XIV 10. iam cum ea, quae Nipperdeius (opusc. p. 240) attulit, hinc aliena sint, locis autem eis qui extant Ann. XII 7 et 46 formula 'et (ac) saepius' non tam res contraria, sed noua inducitur (nertas: und auch öfters), apparet Tacitum nostro loco scribere debuisse: 'seuerus aliquando, saepius misericors'. sed ita orationis tantum forma correcta foret. nempe alterum idque maius incommodum in eo est positum, quod socii misericordiam hic quidem commemorare non quadrat in Taciti consilium. acriter enim distinguit inter Agricolaem legatum praeninae et hominem priuatum: tamquam legatus strenue ille atque seuerus fecit id quod officii sui erat, tamquam priuatus erat humans ciuillisque. misericordia autem

cum proprie sit eius qui humane sentit agitque, in tam accurata quidem distinctione non potuit ut uirtus legati praedicari. quid quod conuentus ac iudicia minime posebant misericordiam? quid igitur uerbis traditis 'et saepius misericors' faciemus? Wexius eumque secutus Peerlkampius ut spuria eicienda putabatur. sed quod Wexius discrepantiam inter uerba illa et praecedentia 'facile iusteque agebat' deprehendisse sibi uisus est, bene hoc quidem diluit Nipperdeus (opus. p. 239). praeterea interpolationis suspicio tum demum firmo nitetur fundamento, si quanam interpolandi causa librario fuerit certis rationibus demonstrabitur. quod hic demonstrari nequit. itaque periclitemur num coniectura liceat medellam adferre. Tacitum puto in Agricola legato hoc laudasse: 'grauis intentus seuerus et, *si opus, imisericors*'. in quibus haut superflue additur 'si opus', cum iumisericordia ultimum ad quod ille descendit remedium fuerit. hoc autem 'si opus' deprauatione obuia in 'sepius' mutatum causa erat ut monachus quidam christianae misericordiae sectator 'inmisericors' in 'misericors' de suo corrigeret. iam ad sequentia non miuus corrupta transeamus. uulgo pro 'nullam ultra potestatis personam' ex Rhenaui coniectura scribunt 'nulla ultra potestatis persona' (scil. erat). mihi nero accensatius in codicibus seruatus quasi intento digito uidetur ostendere, uerbum unde ille penderet intercidisse. bonum erit: 'nullam ultra potestatis personam *gessit*'; cf. Cicero de Off. I 34, 124 'est igitur proprium munus magistratus intellegere, se gerere personam ciuitatis'. possis alia quoque supplementa excogitare, ut 'tulit' uel 'tenuit' uel 'sustinuit'; sed 'gessit' praefero. accuratius autem, quomodo Agricola per horas otio deditas legati personam abiecerit, explicant uerba proxima itidem dubitationibus maximis exposita. haec quoque delenda censuerunt Peerlkampius Wexiusque, quibus disputatione diligenti instituta accessit Nipperdeus (opus. p. 241 sqq.). sed nimis seuerè triumuiros illos iudicasse puto. induit Agricola, si prouinciae praesidi conueniebat, grauitatem, unltum intentum, seueritatem atque adeo iumisericordiam; easdem qualitates remissus otiosusque exuebat. induimus aliquid ad tempus: cf. Tac. Ann. IV 12 'seuatus populusque habitum ac uocem dolentum simulatione magis quam libens induebat'; Ann. VI 20 'qualem diem Tiberius induisset, pari habitu'; Anu. VI 48 'plurimum adulationis Seleucenses induerant'; Anu. XV 69 'quia speciem iudicis induere nou poterat'; Ann. XVI 28 'proditorem palam hostemque Thrasea induisset' aliaque exempla multa. quae ad tempus induimus, ea exuimus si amplius non opus est eis aliaue de causa: Tac. Ann.



III 7 'exuto iustitio [quod induerant] reditum ad munia'; Ann. III 12 'obsequium erga imperatorem exuit'; Onidius Am. III 4, 43 'unltusque seueros exue' aliaque haud pauca. induimus autem atque exuimus ea quae nou in natura nostra posita, sed extriusecus accersita sunt; hinc explicandus est locus Annalium VI 25 'sed Agrippina . . . uirilibus crinis feminarum nitia exuerat', hoc est, nitia quae facile mulieres induunt, quibus assuefiunt, abiecerat; non intellegenda sunt uitia a natura iusita atque ingenerata. itaque si Tacitus dicit, socerum remissionum tempore exnisse tristitiam atque arrogantiam, quid aliud inuit quam eas Agricolae nou fuisse naturales sed ad tempus adsumptas? id quod niri indoli moribusque, quales ex toto libello maximeque ex capite 44 cognouimus, apprime conuenit. iam Tacitus dicturus, socerum grauitatem uultumque intentum et seueritatem atque inmisericordiam, ubi priuato permissum esset, exnisse, nariandae orationis causa uou eisdem quibus antea uerbis nititur, sed easdem res significaturus ponit ea quibus grauitas intentio seueritas inmisericordia ceruebantur, scilicet tristitiam oris et arrogantiam habitus et uerborum acerbitatem. itaque in uerbis 'tristitiam et arrogantiam exuerat' nullam omniuio offensiuem inesse puto: nam prouincialibus arrogantibus opponere arrogantiam saepe praesidi omnino necessarium erat. quippe arrogans non solum ia dicitur qui plus quam iure suo sibi sumere potest flagitat, sed etiam hic qui omnia debita atrocissime sibi uindicat; hinc Paulius cap. 16 'arroganter in deditos prouinciales consulere', hinc c. 42 Domitianus in arrogantiam compositus audit. sed plane absurdum est quod tertium adicitur 'et auaritiam'. quae et uitium naturale est et semper pro turpi in magistratibus Romanis macula habebatur. et hanc Agricolae a Tacito obiectam esse cum per se incredibile est, tum refutatur uerbis proximis 'integritatem atque abstinentiam in tanto niro referre ininria uirtutum fuerit'. itaque inest nitium; quid sententia postulet, paulo aute significau. repono 'amaritium' sine potius 'amaritiam'; nam Tacitus in substantiuis simul in 'es' et 'a' desinentibus hanc formam alteram praefert: cf. Woelfflinus in Philol. XXV p. 102. soli autem casui tribuendum est, quod formae 'amaritia' nunc non extat testimonium praeter glossariorum hoc: 'amaritia, amaritudo acrimonium'.

ibid. minus triennium in ea legatione detentus ac statim ad spem consulatus renocatus est. Peerlkampius uerba 'ac statim' e textu eiciebat, eorum prauitatem recte perspicuens. 'statim' enim renocari potest qui triennium expleuit; qui hoc tempus legitimum nondum absoluit,

non statim sed subito et ante tempus reuocatur. nam interpretamur est artificium merum, quo 'statim' artius cum illo 'ad spem' coniungunt. et Peerlkampii coniecturam cordati aliquot critici comprobauerunt; neque ego illius rationes reprobō. id tamen male me habet, quod cur uerba illa librarius in sententia planissima adiecerit non dispicitur. porro quaero, quae sana sententia inesse possit proximis illis 'ad spem consulatus reuocatus est', de quorum integritate neminem dubitasse adhuc ualde miror. in initio capitis legimus, Vespasianum Agricolae admiuistrationi Aquitaniae praeposito spem consulatus fecisse. hac igitur spe cum ille iam tres fere per annos teneretur, quomodo iterum ad spem consulatus reuocatus esse dici potuit? quid quod re uera iam consul factus ad suscipiendum munus reuocabatur? nam ut Ulrichsii (comment. p. 24) uerbis utar, 'postquam die IX m. Ianuarii anni 77 consul suffectus alterius nundini in curia designatus et in campo paulo post renuntiatus est, proximo fere mense in urbem rediit, cum aliquot menses ad triennium deessent'. denique a latinitate uerba illa suspecta. ad 'reuocatus est' subintellegunt 'Romam'; quod uereor ne nemo Romanus ita acceperit. nam reuocatur ad alicuius rei spem, qui ueterem spem iam abiectam de nouo amplectitur. num ergo Agricolae in legatione uersato causa erat dubitandi de Vespasiani propensa in se uoluntate? parum hoc probabile. uides undecumque difficultatibus nos argueri. ex quibus ita emergemus, si non illa 'ac statim', sed sequentia uerba 'ad spem consulatus' a librario exordii huius capitis male memori adscripta esse agnouerimus. traxit autem haec glossa loci corruptelam. nam eius rei ad quam Agricola reuocatus sit commemoratio aut ego egregie fallor aut latelet in corrupto illo 'ac statim'. scilicet glossa ista in textum recepta cum iam ita locus scriberetur 'detentus ad cōstatum ad spem consulatus reuocatus est', eequid mirum est hoc enuuiatum seuu commodo destitutum sic esse reformatum ut ea quam nunc in nostris codicibus habemus lectio euaderet? uidelicet etiam medii aeni monachi, cum quod legi et intellegi posset uellent habere, criticorum munere haud raro sunt functi iufelicissime. et hoc semper teneudum est, haud pauca uitia non semel sed per uarios corruptelae gradus ueterum libris inlata esse. quisquis autem fuit qui 'ac statim' reponeret ex coniectura, recordabatur is sine dubio eorum quae cap. 7 legerat 'deprehensens ac statim in partes transgressus est'. itaque reddamus Tacito 'detentus ad consulatum reuocatus est'.

Cap. X. *Britannia insularum quas Romana notitia complectitur maxima.* hoc 'Romana notitia' pro 'Romani nouerunt (nouimus)' dic-

tm in re simplici ac tenui iure optimo Peerlkampio grandins et ornatus uidebatur. sed quid in coniectura proposita 'Romana ditio' displiceret, ipse perspexit. mihi in mentem uenit, Tacitum aut 'Aumana notitia' aut 'Romana natio' scripsisse.

ibid. in orientem Germaniae, in occidentem Hispaniae obtenditur, Gallis in meridiem et inspicitur. sic codices; uulgo pro 'et' scribunt 'etiam', sententia non plane recta. transposito uno uocabulo iusta eadem euadet: 'in meridiem et (= etiam) Gallis inspicitur'.

ibid. et est ea facies citra Caledoniam, unde et in uniuersum fama est transgressis; sed immensum et enorme spatium eqs. inepte 'transgressis' explicant; qui ex continenti in Britanniam transgressi sunt; nam nihil hoc ad rem. quod bene sensit Rhenanus, qui 'fama est transgressa' restituit, nisi quod 'transgressa' abundat. itaque primus Doederlinus, tum Peerlkampius, denique Maduigijs (aduers. crit. II p. 567) traiectione succurrerunt hac 'fama est. sed transgressis', scilicet in Caledoniam. legitur transgrediendi uerbum absolute positum c. 18 et 24; poniturque 'transgressis' ut mox c. 11 'in uniuersum aestimanti'. sed in hac quoque emendatione unum restat quod tollere uelis. nempe usus Taciteus respuit illud 'est' ad 'fama' additum. unde Schoemannus recte 'fama. set transgressis' posuit; et ostendit Woelfflinus (Philol. XXVI p. 144), uitium inde prouenisse quod librarius, postquam 'est' pro 'set' praeue scripsit, errorem superscripta uocula 'sed' correxit; eaque uocula textui false inserta est. superest ut corrigatur 'in uniuersum'. quod etsi formula uere Tacitea est, hic tamen locum non habet, cum certa ad quam 'uniuersum' pertineat notio praecedat, scilicet Britannia. itaque Schelio auctore saltim 'in uniuersam' reponendum erat; id quod alii quoque suaserunt. uidetur tamen 'in' ex mera interpolatione eius qui codicem B scripsit profectum esse. A in textu 'et uniuersum', in margine 'al. unde et uniuersis fama' praebet. hinc olim 'uniuerse' exaratum fuisse suspicor, cuius uocis littera ultima enanida modo pro 'is', modo pro 'u' acciperetur: 'unde et uniuersae fama. set transgressis immensum' eqs.

ibid. dispecta est et Thule, quia hactenus iussum et hiems appetebat; sed mare pigrum et graue remigantibus perhibent ne uentis quidem proinde attolli. interpretes ad breuiloquentiam Taciteam, ut adamant, confugientes ita exponunt: dispecta est etiam Thule, sed tantum dispecta, quia —. sed haec est breuitas ea quam nemo Romanus intellexit. quod si uoluisset Tacitus, quidni scripsit: 'Thule tantum dispecta est, quia' eqs? Urlichsius igitur nuperrime proposuit 'dispecta

est et Thule, sed omissa quia h. i. e. h. appetebat. mare pigrum' eqs. et recte ille praecedentibus aliis uidit, 'sed' in initio sequentis enuntiati positum stare non posse; nihil enim quod prioribus opponatur subest. quod ad cetera, leniore mutatione potuit perfungi. nam apparet librarium duo uocabula transposuisse: 'dispecta est et Thule; ~~sed~~ hactenus iussum et hiems appetebat, qua mare pigrum' eqs. nam illis 'aed' et 'qua' semel traiectis necessario 'qua' in 'quia' abiit. ita autem si scribis, ex ipso 'aed' facillime intellegis, propterea quod hactenus iussum erat et hiems appetebat, Thulen non esse aditam. Peerlkampius, dum totum locum uiolentissime sanare studet, etiam 'iussum' in dubitationem uocauit. quod ita licet defendere ut praefecto classis ne ex conspectu litoris in mare apertum procederet mandatum esse sumamus. sed medicam manum flagitat adhuc illud 'proinde attolli'. uoce autem 'proinde' non potest hic, ut cap. 33 extr., ex eis quae antecedunt conclusio fieri. nam quod pigrum et uix remigantibus aptum esset, ideo ne uentis quidem mare attolli Tacitus hercle non tam ineptus erat ut contenderet. itaque multi ex Grotii coniectura 'perinde attolli' scribunt. habet Tacitus aliquotiens formam 'haud perinde'. qua qui dicunt ita illam uti ut rei alicuius comparatae respectus non habeatur, falsissime dicunt. nam 'haud perinde' ubique nihil aliud ualet quam 'non aequae' uel 'minus quam'; semperque id quod comparatur, si non additur, tamen ex praecedentibus aut ex tota sententia facillime mente suppletur. pluri sunt loci Germaniae c. 5 'possessione et usu haud perinde (= possessione non aequae quam usu) afficiuntur' et c. 34 'aliaeque gentes haud perinde (scil. quam modo nominatae) memoratae'. porro si habes Ann. II 81 '(Arminius) Romanis haud perinde celebris' ex superioribus uniusquisque subintellegit 'quam apud barbaras nationes, apud quas ille canitur'. denique Hist. II 84 'ipso Vespasiano inter initia imperii ad obtinendas iniquitates haud perinde obstinante' ex illo 'inter initia imperii' ad 'haud perinde' statim cogitatione adicimus 'quam postea' et Hist. IV 62 'quippe intra uallum deformitas haud perinde notabilis' conexus ipse legenti suppeditat 'quam extra uallum in campo'. corrigendum est igitur id quod Nipperdeius ad Ann. II 88 affirmant, 'haud perinde' absolute apud posteriores poni et idem fere significare quam germanum 'nicht so sehr, nicht besonders'. iam uero scire uelim, quaenam Agricola loco, si Grotii amplexamur coniecturam, comparatio subsit. itaque illa abiecta alia circumspectienda est emendatio. ad quam uisum mihi monstrauit codicis B lectio 'attolli'. corrigendum puto: 'ne uentis quidem proinde ac

*nostrum* attolli'; cf. c. 24 'nostri maris insulas superat'. sberrauit enim librarius oculis ab 'ac' ad 'attollit' intermisitque media. uam 'proinde ac' (uel 'quam') latine posse dici, etsi nonnulli secns staterunt et 'perinde ac (quam)' maluerrnt, recte Draegerns (Syntax u. Stil d. Tac. p. 59) collegit ex locis aliquot Lucretianis. et 'proinde quam' in Mediceo extat Anu. IV 20 Hist. I 30; IV 72; 'proinde ac si' efficitur ex eiusdem lectione 'prode' Ann. XII 60; 'hand proinde quam' habetur Hist. II 27 et 39. aliis autem locis cum 'perinde quam (ac)' legatur, ntramque formulam iu promiscuo habuisse Tacitus uidetur. — in fine capituli recipienda est Peerkampii emendatio Wexio quoque probata 'uec litore tennis adreecere ac resorberi', ut postulat et res et diceudi usus. sed in eis quae paulo aute extant 'multum fluminum huc atque illuc ferre' idem haerere non debuit: cf. Varro de r. r. III 17, 9 'maritima flumina in piscinas inmittere'.

Cap. XI. *seu procurrentibus in diuersa terris positio caeli corporibus habitum dedit.* quemuam habitum dedit? 'eundem, parem' aiunt interpretes, adfertque Peterus ut 'idem' a Tacito interdum omissum ostendat Anu. I 9 'quod Nolae iu domo et cubiculo, iu quo pater eius Octanius, uitam finisset'. uellem circumspectius bonus Peterus egisset. nam in unaquaque lingua sequente ennutiato relatiuo, quo accuratius res designatur, omittere licet id quod est 'idem' uel similia (ut iu germanica: in dem Zimmer, iu welchem). quodsi Tacitus scripsisset 'habitum quem Gallis dedit', bene se haberent omnia; tali autem addito si caret sententia, caret notione principali. neque uero adeo breuitatis studiosus erat Tacitus, ut omitteret quae omitti salua perspicuitate nequirent. scripsit igitur siue dubio 'habitum eundem dedit', cf. Germ. 4 'habitus quoque corporum idem omnibus'. et apparet, cur uocabulum illud perierit. — non abs re duco quaedam adicere de uerbis sequentibus 'eorum sacra deprehendas superstitionum persuasione', de quibus accurate, ut solebat, Nipperdeius (opusc. p. 246) disseruit. qui adductus est eo ut uerba 'superstitionum persuasione' tamquam librarii christiani emblema abicienda stateret. mihi adquiescendum uidetur in optima Glueckii emendatione 'eorum sacra depreheudas, superstitionum persuasiones'. quod eadem asyndeti enumeratiui (de quo copiose egit Nipperdeius ad Anu. IV 43) figura dictum est, qua paulo aute legitur: 'namque rutilae Caledoniam habitantium comae, magni artus Germanicam originem assenerant'. neque recte obiecit Halmius desiderari 'eadem'; nam 'eorum' in initio sententiae positum ad utrumque colon pariter

pertinet, plane ut in hoc ipso capite habes: 'Silurum colorati uultus, torti plerumque crines'. nam haec cohaerent et his tamquam nouum adiungitur 'et posita contra Hispania'. sunt autem 'sacra' et 'superstitiones' ita copulatae res diuersae: illa ad cultum publicum, haec ad priuatas persuasiones referas.

Cap. XII. *In pedite robur, quaedam nationes et curru praeliantur: honestior auriga, clientes propugnant. olim regibus parebant, nunc per principes factionibus et studiis distrahuntur. nec aliud aduersus ualidissimas gentes pro nobis utilius quam quod in commune non consulunt. rarus duabus tribusque ciuitatibus ad propulsandum commune periculum conuentus: ita singuli pugnant, uniuersi uincuntur.* ad uerba 'pro nobis utilius' defendenda adferunt Hist. I 5 'nox pro rep. honesta', ibid. III 7 'decorum pro causa', in quibus 'pro' germanice uertas 'zu Gnnsten von.' sed minime inde defenditur 'pro aliquo utile est'; neque facile in lingua uernacula dixeris 'zu Gnnsten von Jemanden nützlich.' egregie igitur, nostra ut fert sententia, Peerlkampius correxit 'porro', quod respondet eis quae praecedunt 'olim' et 'nunc'. tum quid sensus communis postulet (nam alia est ratio capitis 27 in fine), iam Lipsius uidit pro 'conuentus' coniciendo 'consensus'; quem prudentissimus quisque criticorum secutus est. eandem tamen sententiam leniore utique medella restitues reposito uocabulo 'concentus.' quod idem plane ualet atque 'concordia' uel 'consensus' (est nostrum: Harmonie), quibuscum tamquam synonymum interdum coniungitur, ut in Plinii panegyrico (c. 4): 'quanta concordia quantusque concentus omnium laudum'. et habet ipse Tacitus Germaniae c. 3 'uirtutis concentus.' — ceterum capp. X—XIII materiam susceptam ordine peruersissimo esse tractatam, primus Wexius perspexit; qui capp. XII 'caelum crebris imbribus' eqs.—XIII nondum ut seruiant' ante cap. XI transposuit. sed in hac collocatione utique offensioni sunt uerba ineuntis cap. XIII 'ipsi Britanni delectum — nondum ut seruiant'. neque enim in conexum ita restitutum quadrant. alio modo soluenda est quaestio. postquam c. X de situ Britanniae dictum est, ipsa res ferebat ut de antiquissimis incolis disputaretur; quos ubi ex Gallia olim inmigrasse probabile redditum est, iam locus erat de caelo soloque Britanniae disserendi; tum de incolarum, ut tunc erant, moribus bellicis institutisque adicere nonnulla par erat. nullo autem pacto excensari potest quod haec de hominum Britanniam incolentium in republica et bello consuetudinibus disputatio interrumpitur et in duo quasi fragmina discinditur interposito de Britanniae caelo soloque excursu. cohaerent apertissime

uerba supra excerpta cum initii cap. XIII uerbis 'ipsi Britanni delectum — nondum ut seruiant.' distributio tam indisposita cum Tacito imputari nequeat, iam id quaeritur, utrum fragmentum prius an posterius loco sit mouendum. quam quaestionem dirimere licet comparato Germaniae exordio; cuius cap. I de terrae situ in uniuersum disceptatur, tum c. II—IV Germanos indigenas fuisse comprobatur, porro cap. V de solo, denique c. VI de incolarum armis et re militari agitur. ad quam similitudinem in Agricola optime c. X excipitur capite XI; hoc autem sequi debet c. XII inde a uerbis 'caelum crebris imbribus', quibus de Britanniae caelo soloque exponitur; tum demum de ipsorum Britannorum indole moribusque agi debet. itaque uerba illa, unde degressi sumus, releganda sunt in cap. XIII post illa 'nondum ut seruiant.' — mox in eis quae codd. praebent 'dierum spatia ultra nostri orbis mensuram' omnino necessarium est, adici tempus anni quo illud usn uenit. adstipnlor igitur Peerlkampio, qui collatis locis Caesaris, Melae, Plinii, Bedae in initio inseruit 'aestate.'

ibid. *solum, praeter oleam uilisque et cetera calidioribus terris oriri sueta, patiens frugum, fecundum: tarde mitescunt, cito proueniunt.* hoc asyndeton 'patiens, fecundum' cum intolerabile sit, fuerunt qui aut 'fecundum' deleuerunt aut cetera uarie mutarent. simplicissima emendatione legendum est 'patiens frugum et fecundum.' nam 'et' (in codd. est 7) quam saepe librariorum oscitantia interciderit notum est. solum et patitur natura sua fruges (praeter commemoratas) et benigne profert. uerba ultima secundum rerum naturam inuerso potius ordine posita noluit Peerlkampius. sed ut talia *ἄνερα πρότερα* non rara sunt apud ueteres, ita habes in Antonii Musae carminis I 18 (cf. supra p. 110) 'sine qua nil maturatur nec nasci potest.'

Cap. XIII. *igitur primus omnium Romanorum diuus Iulius cum exercitu Britanniam ingressus.* non habet uox 'igitur' quo pertineat. Wexins alique putant Tacitum post degressionem inde a cap. X factam iam transire ad rem propositam. sed qui, postquam de situ Britanniae populisque disseruit, historiam expeditionum a Romanis in terra illa factarum exhibiturus est, is neque in uiam redit, ut Draegerus uult, neque transit ad id quod magis proprium est huius libelli, ut Wexii uerbis ntar, sed pergit in degressionem nonam rem adiungens superioribus. aliam nam explicandi ingressus est Petrus. 'igitur' enim in transitu ad narrationem instituendam usurpatur, si in eis quae proxime antecedunt scriptor uelle se de aliqua re uerba facere professus est. hanc autem professionem Petrus sibi

persuasit inesse uerbis quae in codd. praecedunt 'ipsi Britanni — nondum ut seruiant'. quod incredibiliter fictum est. tu si comparaueris Ann. XII 24, XV 72 aliosque locos, facile intelleges Tacito potius haec fere praemittenda fuisse: 'nec absurdum reor noscere, quibus initiis Britannia populi Romani prouincia facta sit', si 'igitur' enuntiati sequentis initium esse uoluit. sensit id incurrupto quo excelebat iudicio Peerlkampius, qui uoculam suspectam transponi uoluit in locum sane alienissimum. mihi 'igitur' delendum uidetur ut dittographia siue eius quod iam praecedit 'nuncuntur' siue eius quod sequitur 'primus.' in tanta enim quae inter 'g' et 'p' intercedit similitudine aliquis scripserat 'g pmū', sed delere litteram false scriptam omisit. quae deinceps pro noto uocis 'igitur' compendio habebatur. iam deleto superfluo additamento respondent sibi id quod hic legitur 'primus omnium Romanorum' et id quod in initio c. XVI extat 'consularium primus.'

ibid. *diuus Claudius auctoritate operis.* 'auctoritate' unanimi consensu omnes damnant. scribunt nunc longe plurimi 'auctor iterati operis', quod Maduigius (aduers. crit. II p. 567) in 'iterandi' refinxit. non agnouerunt tamen, Claudinum non iterasse opus, quippe quod Caesar minime primus aggressus sit. hic enim ostendit Britanniam posteris, non tradidit. itaque non Claudius et Caesar, sed Claudius et Caligula inter se opponuntur: hic agitauit, ille fecit opus. lege auctor *patrati operis*'. — in capite XIV medio aegre fero indubitatas Rhenani correcturas posthabitas esse nuperrime prauis commentia. deinde auctore Rittero 'Didium Q. Veranius excepit' reponendum est.

Cap. XV. *aeque discordiam praepositorum, aequae concordiam subiectis exitiosam.* anaphorae figurae quantumuis amans erat Tacitus, nunquam tamen inepte adhibuit eandem. inepta autem quam maxime hoc loco est uocis 'aeque' repetitio. mutandum igitur alterum 'aeque' in 'atque'. — in uerbis 'alterius manus centuriones, alterius seruos' iterum miror luculentas Puteolani Rhenanique emendationes post egregiam Peerlkampii de uocabuli 'manus' significatione disputationem sperni prae dubiis uolentisque mutationibus. tum tandem intellegant uelim uere Heinsium correxisse 'diripi domos'.

ibid. *neue praetii unius aut alterius euentu pauescerent: plus impetus, maiorem constantiam penes miseris esse.* in priore membro deesse aliquid, iam olim Acidalini nudit; qui uoluit 'plus impetus integris'. Peerlkampius proposuit 'plus illis (scil. Romanis) impetus', quod nimis languet. alii alia inseruerunt, ut nuperrime Eusnerus 'plus



impetus penes malos'. qui cur respnerit 'malis' multo simplicius, non intellego, cum in Agricola quoque nariandae orationis studiosus Tacitus dixerit ex. gr. c. 22 'comis bonis, ita aduersus malos iniucundus. neque tamen 'malis' hic aptum est a sententia. 'miseri' cum subiecti audiant, opposita flagitatur dominorum meutio. unde emondauit 'plus imperantibus impetus': cf. c. 31 'uirtus porro ac ferocia subiectorum iugrata imperantibus'. amat autem Tacitus cohaerentia discindere interpositis aliis; sic paulo ante legitur 'quautulum enim transisse militum', et similia saepius. — in siue capitis Lipsii correctio 'qui religatum in alia insula exercitum detinerent' unice uera est.

Cap. XVI. (Paulinus Britanniam) *ueteri patientiae restituit tenentibus arma plerisque, quos conscientia defectionis et propius ex legato timor agitabat, nequaquam egregius cetera arroganter in deditos et ut suae eiusque iniuriae ullor durius consuleret. missus igitur Petronius Turpilianus tamquam exorabilior. haec ualde foedata. et in 'nequaquam' quidem nil aliud latere quam 'ne quamquam' agnouit Walchii amicus quidam. sed in his 'quamquam egregius cetera' egregie 'quamquam' abundat, id quod iam Peerlkampius exemplis congestis comprobauit. iam in uerbis 'tenentibus arma plerisque', ut osteudit Nipperdeius (opusc. p. 260 sq.), desideratur particula concessiua; unde scripsit hic 'etsi tenentibus', Ritterus 'tenentibus tamen arma'. equidem praetulerim 'quamquam' illud suo loco superuacaneum reicere in lineam superiorem: 'restituit, *quamquam* tenentibus arma plerisque, quos . . . agitabat, ne, egregius cetera, arroganter' eqs. ceteras difficultates, quas hic deprehendisse sibi uidebantur docti, cum idem Nipperdeius optime explauerit, reliquom est ut succurramus illis 'suae eiusque iniuriae'. pro 'eiusque' coniecerunt Puteolanus 'quoque', Peerlkampius 'exercitusque', Wexius 'cuiusque', Nipperdeius 'quisque', H. L. Schmittius (testante Halmio) 'communisque'. probabilis hic quoque uoculam intercidisse statues. uaria excogitare licet; non indignum Tacito erit hoc 'nt suae eiusque *inprovisae* iniuriae ultor'. nam iniuriae ab his unde minime expectamus inlatae maxime nos pungunt.*

ibid. *nec Vettius Bolanus, manentibus adhuc civilibus bellis, agitauit Britanniam disciplina: eadem inertia erga hostis, similis petulantia castrorum.* nihili esse 'agitauit Britanniam disciplina' Maduigins (aduers. crit. II p. 568) significauit coniecitque 'castiganit' aut 'fatigauit'. altius haeret malum. nam Britanniae plauē praeter necessitatem fit mentio. lege 'agitauit disciplinam'. quod utique Taciti breui et conciso sermone uidetur diguius quam quod itidem in men-

tem neut 'agitauit in Britannia disciplinam'. uam nurgula in uoce 'disciplinam' omissa interpolationem, ut puto, procreauit.

Cap. XVII. *et Cerialis quidem alterius successoris curam famamque obruisset. sustinuitque molem Iulius Frontinus, uir magnus, quantum licebat.* per latuitatem quidem 'alterius successoris' hanc uam admittit explicationem, ut 'quam Frontini' cogitatione subintellegamus. itaque Frontinus dux unicus tum fuisse dicitur, qui Ceriali succedere mereretur. uideamus quid dignum tanto ferat hic promissor hiatu. Cerialis cum primus in populos ualidissimos antehac Romanis illacessitos arma moueret uixdum composito partis a prioribus consularibus subactae statu, ingentem belli molem ubique ciuerat. hanc molem Frontinus quantum licebat sustinuit, hoc est, illi nou succubuit. nimirum una Silurum gente subacta in ceteros hostes ex parte atrocissimos, Brigantes aliosque, nihil ausus Britanniam bellis flagrantem Agricolae successoris tradidit. ita qui sustinuit quidem onus impositum cauitque ne quid damni res Romana acciperet, tamen praeclara decessoris Cerialis facta egregiis ipsius facinoribus nou continuauit, hic num re uera unus solusque fuit successor, cuius famam curamque non obscurauit rebus a se gestis Cerialis? nou nimis absone illa dicta essent, si ab hoc optime incobata ille ad aliquem certe finem perduxisset. sed enim longe plurima absoluenda reliquit Agricolae. apparet igitur, uerba 'alterius successoris' non integra esse. sed ex uirorum doctorum commentis nullum plausus est dignum; nam nec Nipperdeus (opusc. p. 520—525) 'successoris' ut glossema delendo lucem huic loco attulisse putaudus est. certa autem emendatio pendet ex alterius rei inuestigatione. recte enim haud pauci docti suspicati sunt deesse enuntiatum, a quo coniuuctiuus 'obruisset' peudeat. inde omniuim optime Nipperdeus l. l. suppleuit 'obruisset, nisi in medio rerum prosperarum cursu inuidia reuocatus esset', nisi quod 'inuidia', ut statim uidebimus, prae se habet. et sine dubio, quam sub condicione Cerialis aliorum labores gloriamque praeoccupaturus fuisset, uno saltim uerbo hic pronuntiantum erat. itaque cum alter ille successor ad inferos sit relegendus, in hoc ipso quasi sub tegumento latere puto id quod ad 'obruisset' requiritur enuntiatum condicionali. hinc scripsi: 'et Cerialis quidem, *detentus* ulterius, *successorum* curam famamque obruisset'. nam nocula 'detentus' semel omissa (nisi forte haec ex ipso 'quidem' elicienda est) ansam dedit mutandi illud 'ulterius successorum' iam sensu cassum. dictum est autem 'detentus' — pro quo erunt qui 'retentus' malint; cf. tamen c. 9 — pro 'si detentus

esset', ut c. 16 'ne arroganter in deditos (= si sese dedidissent) consuleret' et Ann. III 13. Taciti igitur sententia est haec: si Cerialia non subito reuocatus esset, feliciter incepta ita perpetrasset ut Britanniam totam sub dicionem populi Romani redigeret atque successoribus spatium uirtutum ostendendarum famaеque comparandae clauderet. neque talis Taciti adfirmatio aut de soceri gloria quidquam detrahit aut nimia est quod ad Cerialem attinet, quippe cuius euentus prosperrimi optimam maximamque spem excitauerint. consulto autem simpliciter 'detentus ulterius' scripsit causa reuocationis non adiecta. quae sine consilatus suscipiendus (quem initio a. 74 p. Chr. Cerialem gessisse notum est) siue inuidia Vespasiani erat, utique omitti potuit, cum ad rem propositam nihil pertineret; neque puto Tacitum summum Vespasiani admiratorem prolaturum fuisse, quae in huius uituperationem acciperentur. — in uocula subsequenti 'sustinuitque' cum copula male sit addita, erant qui 'successit (uel 'subiit') sustinuitque' proponerent. quod a Taciti breuitate utique alienissimum est, ut iam Peterus monnit. alii alia non minus infelicitate experiebantur. tutissimum igitur uidetur auctore Vielhabero ab Halmio commemorato 'que' delere; nam in copula aut addenda aut subtrahenda mirum quantum inconstans fuit scribarum nativitas.

Cap. XVIII. *cum et milites uelut omissa expeditione ad securitatem et hostes ad occasionem uterentur.* media aestate Agricola in Britannia aduenit, cum tempus nouas expeditiones suscipiendi elapsum erat opinione militum priores duces et caeli Britannici condicionem respicientium. itaque, ut est istud hominum genus ad bona omnia credendum prouum ac facile, hac re, quod illo quidem anno expeditiones non initae erant, ita sunt usi, ut quasi secuta omnia itaque putarent. lege 'milites omissa expeditione uelut ad securitatem... uterentur'. iam uero illo 'uelut' in suum locum reiecto retineri potest id quod *A* praebet 'uterentur' (*B* interpolate 'uerterentur'): cf. in fine capituli 'nec Agricola prosperitate rerum in uanitatem usus'.

ibid. *non ignarus instandum famaе ac, prout prima cessissent, terrorem ceteris fore.* cedendi uerbum cum sua natura ambiguum sit, ut addito aut 'bene' aut 'male' opus sit si quomodo quid cesserit accurate uelis indicare, cum 'prout' coniunctum apparet uihil aliud significare quam 'sine bene siue male cedere'. iam si in dubio est num bene an male res aliqua cessura sit, non potest bene sanus scriptor adicere, hinc terrorem fore. quid enim? male si cessit coeptum Romanis, nonne inde laetitia potius hostibus exoriebatur? ita-

que Tacitus, siquidem scripsit 'prout prima cessissent', pergere debuit 'terrorem aut laetitiam ceteris fore', quemadmodum recte dixit Ann. XII 31 'gnarus primis euentibus metum aut fiduciam gigni'. cum autem in eas cogitationes, quibus hic cum maxime Agricola incumbit, non quadret fortunae aduersae recordatio, sed hoc solum ille secum mente uoluit, si euentus prosper arma sua in initio prosequatur, ceteris hostibus fore terrorem, colligitur uerbis 'prout prima cessissent' inesse uitium. neque enim audiendi sunt interpretes, qui aliena exempla comparantes hic quoque breuitatem Taciteam in partes uocant. immo Tacitum beue sciuisse quomodo recte scripturus esset, demonstrat locus ex Hist. II, 20 petitus hic: 'gnarus, ut (= ubi) initia belli processissent, famam in cetera fore'. ad quod exemplum nostro loco ex 'prout prima cessissent' unius syllabae traiectione faciendum esse 'ut (= ubi) prima processissent', quis non lubenter mihi concedet? unde consecrarium est ut pro 'ac' reponamus formam pleniorum 'atque', quae sexcenties in breuiorem cessit. ceterum sensit horum aliquid Peerkampius, sed a simplici ueritate aberrauit. — in uerbis proximis 'Monam insulam, cuius possessione reuocatum Paulinum . . . memorauit' haud pauci editores secuti Bipontinos 'a cuius' scripserunt. sed enim 'reuocare' cum nudo ablatiuo coniungi, aptis Vergilii et Liuii exemplis demonstrat Draegerus.

ibid. *obstupefacti hostes, qui classem, qui nauis, qui mare expectabant.* res est animi plena, conferre inter se interpretum in explicandis utcumque uerbis 'qui mare' desudantium conamina uana atque inrita. Wexius totum uertit 'sie dachten nur Flotte, Schiffe, Meer'; 'mare' Rothius 'Bewegung des ganzen Meeres', Walchius teste Henrichseuo 'Widerstand des Meeres', Draegerus (quamquam recte adiciens 'sehr auffallend') 'ein Unternehmen zur See', Henrichsenus '(sie sahen aus) nach Wasser, wie zur Zeit der Fluth' interpretantur. Peterus denique eam quae expectandi uerbo inest notionem primariam ('prospectare in') premendam sibi persuasit, cum tamen usus, quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi, numquam illam seruauerit. sic dum interpretes alius alium refellentes nouam quisque ingrediuntur exponeudi rationem, quid quaeso aliud comprobant quam corruptum esse locum? neque hercle ullis umquam machinis efficias ut uerba 'qui mare' bonum iustumque accipiant sensum. praeterea hoc uelim animaduertas. Tacitus quantumuis anaphorae amans, tamen in Agricola quidem nusquam plus quam bis idem uocabulum per anaphoram repetit; qua in re in scriptis

demum posterioribus processit ulterius. unde tertium illud 'qui' per se fit suspectum. hinc ego emendationi adminiculum quaerens scripsi: 'qui classem, qui navis *per* mare expectabant'. quod dictum est breuitate quadam apud Tacitum certe ferenda, quia 'nienientes' uel simile suppleas; dedi aliquot exempla in praefat. ad Valer. Flacc. p. XLV sq. exarauit librarius 'q' (cum lineola transuersa) pro 'p' (cum lin. transn.), cum eius animo duplex illud 'qui' adhuc inhaereret.

Cap. XIX. *omnia scire, non omnia exequi.* dum certatim student ostendere 'exequi' significare 'punire' uel 'ulcisci', obliti sunt explanare quatenam sint illa 'omnia'; cum tamen ipsum Suetonii (Iul. c. 67) exemplum 'delicta neque obseruabat omnia neque pro modo exequebatur' omissam aliquam noculam demonstrat. nam si Kritzius 'scire omnia' exponit scire quae a quoque agerentur, 'etiam delicta', consneto artificio id ipsum quod a bono scriptore nullo modo omitti debuit de suo infert. intercidit 'delicta' uel potius 'commissa'; et hoc melius ante quam post 'omnia' inseres.

ibid. *frumenti et tributorum exactionem in aequalitate munerum mollire, circumcisis quae in quaestum reperta ipso tributo grauius tolerabantur.* uulgo deleta uocula 'in' ex Puteolani coniectura scribunt 'aequalitate', pro quo Muretus 'aequitate' maluit. possunt quidem munera frumenti ceteraque tributa molliri aequitate (hoc modo ut pecunia imperetur pro frumento eis ciuitatibus, quibus huius copia non est), sed haec aequitas nihil commune habet cum exactione. exactio quo uno modo elenata sit aperit sequentia 'circumcisis quae — tolerabantur'. quibus uerbis cum molliendi ratio explanetur, illud 'aequalitate' siue 'aequitate munerum' abundat. neque incramur quidquam, si auctore Henrichseno 'circumcisisque quae' rescribimus. nam remanet molestia in eo posita quod aequalitas munerum minime pertinet ad exactionem. hic ueri nestiginum certissimum praebet optimus codex A, qui 'in aequalitate munerum' exhibet a manu prima, a correctore mutatum illud in 'inaequalitate munerum'. unde litteras male diremptas coniungendo fit 'frumenti et tributorum exactionem, inaequalitatem onerum mollire circumcisis quae' eqs., in quibus habes asyndeton enumeratum supra a me tractatum. onera sunt 'Frachten, Ladungen'; eorumque inaequalitas in eo cernebatur quod ciuitates nonnullae, cum proxima essent militum Romanorum hiberna, in remotas atque anias regiones frumenta deferre iuebantur, scilicet ut frumentariis Romanis hinc quoque incrum existeret. nam quomodo hae duae res, frumenti exactio et onerum inaequalitas, Britannis fuerint molestae, in eis quae iam secuntur accuratius illustratur.

ibid. *namque per ludibrium assidere clausis horreis et emere ultro frumenta ac ludere pretio cogebantur.* ludunt pretio non Britanni, sed frumentarii Romani. naria proposita sunt, inter quae placere sane posset Hutteri inuentam 'ac recludere (scil. horrea) pretio', modo ne naturalis rerum ordo flagitaret ut primam adsidendi, deinde recludendi, denique emendi mentio fieret. unde ego 'ac ludere pretio' lenissima mutatione in 'recludere pretio' correctum transposui: 'assidere clausis horreis, recludere pretio et emere ultro frumenta'; neque enim copula in altero tripartiti enuntiati membro egeamus: cf. Draegerns, Synt. u. Stil d. Tac. § 106. qua traiectione facta 'ultro' optime se habet; nempe pecunia ut reserarentur horrea implebant, pecunia insuper etiam frumenta emebant. — deinde omnium optime Ritterum 'ciuitates proximae hibernis' coniecisse existimo; sed quid ultimis huius capitis uerbis faciam nescio; nisi quod fere constat interpretando nihil profici. — in fine capitis XX praeuentibus aliis repono 'praesidiis castellisque circumdatae sunt tanta ratione curaque, ut nulla ante Britanniae noua pars sic illaccessita transierit'. nam pro 'et', quod Rhenanus ut dittographiam debebat, Dronckius bene posnit 'sunt', (quod compendiose scribitur 'sunt'); et, cum ante 'illaccessita' aperte hiet oratio, 'sic' uel 'ita' (ut uoluit Ernestius) facillime inseritur.

Cap. XXI . . . *laudando promptos et castigando segnes: ita honoris aemulatio pro necessitate erat.* necessitas aliqua extitit solummodo eis qui laudis et honoris certatim cupidi erant, non segnibus quique legati de se opinionem nihil curabant. lege 'ita honoris aemulis mutatio pro necessitate erat'. — paulo post in his 'paulatimque discessum ad delinimenta uitiorum' recte omnino Pichena emendauit 'descensum'; nam 'discedere' non ualet 'a recta uia aberrare'. et 'decidere nia' potius latinum est. alia ad commendandum Pichena commentum scite protulit Peerlkampius. ceterum 'delinimenta', quod A praebet, fortasse retineri potest; haud raro enim 'delinire' forma in codd. obuia est.

Cap. XXII. *nec Agricola umquam per alios gesta audius intercepti: seu centurio seu praefectus incorrupti facti testem habebat.* 'audius' absolute positum pro 'landis audius' non esse latinum sensit Peerlkampius. sed prae huius coniectura 'inuidia' placet Hauptiana 'liuidus'. tollendus est etiam naeuus in eis quae deinceps leguntur. nam habemus facti testem, qui praesens spectauit: cf. Nepos Att. 21, 5. sed praeliis circa singula castella tempore hiberno hic illic factis Agricola nullo pacto ipse interesse potuit. lege 'sen centurio sen praefectus

*ut incorruptum facti testem habebat*. — in exitu capitis cur a scriptura tradita 'ex iracundia nihil supererat secretum, ut silentium eius non timeres' recedamus, non uideo iustam causam. nempe Agricola totam iram semel effudit, neque restabat quod altius in pectus descenderet et in aliud tempus seponeretur. nescio autem an Tacito haec scribenti Domitianus obuersatus sit odium semper tegens cuiusque silentium sane quam maxime timendum esset; ad quem adludens Plinius in panegyrico c. 66 ait 'principum illorum, quibus tanta leuitas, tanta fraus, ut facilius esset iratos quam propitios cauere'; ita enim hunc locum emendauimus in Mus. Rhen. uol. XXX p. 465.

Cap. XXIV. *quinto expeditionum anno naue prima transgressus*. in loco difficillimo omniumque fere consensu corrupto, sed a nemine dum sanato, breuiter dicam me coniecisse '*in ulteriora transgressus*'. tum in nerbis 'hand multum a Britanania differt; in melius aditus portusque per commercia et negotiatores cogniti', cum non liceat '*in melius*' cum '*cogniti*' coniungere (nam locutiones, quales sunt '*in maius augere*' similesque, hic alienae), plerique copulauere '*differt in melius*'. sed uix in Hiberniae populis etiam tum fere incognitis tam subtile discrimen erat obseruatum; nec '*differt in melius*', sed '*in melius differt*' (ut recte statnit Peerlkampius) scribendum fuit. itaque erant qui uerba '*in melius*' inducerent, utpote ex Solini cap. 22, 2 interpolata. neque hoc uerisimile est. redeamus ergo (nam alii non meliora protulerunt) ad Rhenani emendationem '*differunt; melius aditus portusque . . . cogniti*'. ortum est enim uitium ex correctura prae intellecta '*differt un melius*'. solet autem Tacitus, ubi duas res inter se comparat, interdum eam rem, quae superior euadit ex comparatione, solam ponere, alteram lectoribus supplendam relinquens. sic habes c. 6 ex Peerlkampii emendatione '*quibus inertia certior (scil. quam uigor et industria) fuit*'. c. 9 '*ac plura manu (scil. quam uerbis) agens; Germaniae c. 22 'statim e somno lauantur, saepius calida (scil. quam frigida)'; ibid. 19 'melius quidem adhuc eae ciuitates (scil. quam eae, in quibus non uirgines nubunt)'; Ann. I 43 'melius et amantius ille, qui gladium offerebat (scil. quam qui detrahebat)'; ibid. IV 38 'melius Augustum, qui sperauerit'. ad horum exemplorum similitudinem ad '*melius aditus portusque cogniti*' supplendum est '*quam interiora*'. interpolauit igitur Tacitum Ritterus, cum scribere uellet '*interiora parum, melius*' eqs.*

Cap. XXV. *quia motus uniuersarum ultra gentium et infesta hostilis exercitus itinera timebantur*. lenissima loci uarie temptati medella

erit, si inserta una litterula 'p' (cum lin. transu.) scripseris 'infesta per hostilis exercitus itinera'.

ibid. . . . *tamquam aperto maris sui secreto ultimum uictis perfugium clauderetur, ad manus et arma conuersi Caledoniam incolentes populi* eqs. librarius, dum a similibus ad similia aberrat, intermisit uocellam necessariam. lege: 'clauderetur. igitur ad manus et arma'; quam particulam nusquam, ubi (ut hic) flagitur, Tacitus omisit.

Cap. XXVI. *ita ancipiti malo territi Britanni, et Romanis rediit animus, ac securi pro salute de gloria certabant.* oppositio requirit 'Britanni; at Romanis'. — in capitis sequentis uerbis 'at Britanni non uirtute, sed occasione et arte dncis rati' nihil praestantius noui Henrichseui inuento 'duci se'; nam per zeugmatis figuram Tacito admatissimam facile ex hoc ad prius illud 'uirtute' uerbum magis in uniuersum patens supplebis.

Cap. XXVIII. *tria liburnicas adactis per uim gubernatoribus ascendere; et uno remigante, suspectis duobus eoqne interfectis, nondum uulgato rumore ut miraculum praenehebantur.* neque 'remigrante' aut 'remeante' (nimis debile utrumque uocabulum) neque 'renauigante' aut 'regente' in locum quadrat. unus ex gubernatoribus clam refugit, iude duo reliqui suspecti interfectique sunt. lege 'uno reuante eoqne suspectis duobus interfectis'. nam Usipi remigantes, quamdiu litus praeteruehebantur, non egebant gubernatore; sed mox in altum delati per inscitiam regendi naues amiserunt. deinde in eis quae secuntur non atrocissimis mutationibus improbabilia erant restituenda, sed lacuna unius fere lineae agnoscenda: 'mox ad aquam atque utilia \* \* \* raptis secum, plerisque Britannorum sua defensantium praelio congressi ac uictores aliquando, saepe puls' eqs. nam poeticum sermonem expressit Tacitus congreendi uerbum cum datiuo construens. praeterea praeeunte Peerlkampio uerba codicum 'ac saepe uictores aliquando puls' ita ut feci transponenda erant. denique uerba 'primum a Sueuis, mox a Frisiis intercepti sunt' me quoque non intellegere fateor, ut iam Peerlkampius de se fatebatur. latetne 'partim' in 'primum'?

Cap. XXIX. *Initio aestatis Agricola eqs. solet Tacitus accuratissime singulas aestates discernere: cf. initia cap. XXII—XXV. hoc loco eo minus numerum debuit omittere, quod lectores interpositis tot aliis iam non memoria tenebant, quotus annus significaretur, et praeterea de nouae aestatis initio agi minime per se intellegebant. non fugit hoc Broterium, Ernestium, Peerlkampium uariis conicien-*



tes. optimum idemque a re palaeographica tutissimum uidetur 'initio ultimae aestatis'.

Cap. XXX. *magnus mihi animus est hodiernum diem consensumque uestrum initium libertatis toti Britanniae fore. nam et uniuersi seruitutis expertes, et nullae ultra terrae.* explicantur causae belli et necessitas Caledoniorum. et necessitas quidem optime iulustratur illis 'nullae ultra terrae ac ne mare quidem securum'; sed quomodo causae belli inde quod uniuersi Caledonii seruitutis adhuc expertes erant repeti potuerint non elucet. quid quod ne recte quidem hoc dictum est, cum haud paucae Caledoniae ciuitates (ut ex capp. 24 et 25 apparet) iam armis subactae domitaeque erant? causa autem belli iustissima exoriebatur Caledoniis inde quod soli ex parte nondum ceruices sub iugum flexerant iuque eis solis spes Britannorum omnis erat posita. ita cum illi uui imperii Romani immunes totius Britanniae in libertatem uiudicandae auctores existere possent cumque aliam terram, iu quam confugerent, iam nou haberent, sane et causa belli et necessitate impellebantur ad fortissime dimicandum atrocissimeque resisteudum. itaque abiectis in uoce 'uiuersi' ultimis syllabis ex uoce sequenti 'seruitutis' per dittographiam repetitis scribendum est: 'nam et uni seruitutis expertes'.

ibid. *priores pugnae, quibus aduersus Romanos uaria fortuna certatum est, spem ac subsidium in nostris manibus habebant, quia nobilissimi totius Britanniae eoque in ipsis penetralibus siti nec seruiuentium litora aspicientes oculos quoque a contactu dominationis inuiolatos habebamus.* in his iuesse ualde absurda, plerique perspexerunt, sed minus bene uoculae 'eoque' corrigeudae operam dabant. immo in illo 'nobilissimi' uitium haeret, cum et talis iactantia ab ipsis Caledoniis prolata (quidquid dicunt de iusta legitimaque autochthonum superbia) hic ridicula sit neque pertineat ad sequentia. ita enim constrnendum est: 'Britannis antehac subactis spes aliqua supererat in nobis, quia oculos quoque a contactu dominationis Romanae inuiolatos habebamus utpote nobilissimi eoque in ipsis penetralibus siti nec seruiuentium litora aspicientes' uides hinc quoque 'nobilissimi' sensu uacare. propterea autem Caledonii iu ipsis penetralibus siti erant neque adspiciebant seruiuentium litora, quod ultimi totius Britanniae extabant. hac ratiocinatione ductus dudum conieceram 'nouissimi'; postea hoc ipsum ab Ernestio propositum esse uidi; quamquam ne uerbo quidem uerissimam hanc emendationem nuperimi editores commemorant.

ibid. *recessus ipse ac sinus famae in hunc diem defendit.* nullus

est 'sinus famae', gnauiter licet defensantibus interpretibus. 'recessus ac sinus' optime copulantur, abundat 'famae'. neque adsentior Peerkampio docte interpretanti 'famae (= a fama) defendit.' nam ut ad uitandum ambiguitatem 'in hunc diem famae defendit' dici debuit, ita 'defendere aliquid alicui' nalet ubique 'arcere', quod hic non conuenit. Urhehsius 'famae' traiecit post 'omne ignotum', non male id quidem, nisi multo lenius praesto esset remedinm hoc: r. i. a. sinus ferme in hunc diem defendit.' et rectissime 'ferme' adicitur; quippe iam anno superiore Romani Caledoniam ingressi erant; simillime autem c. 46 'formamque' in 'famamque' abiit. — uerba sequentia a multis immutata sic fere explicanda puto: antea quidem nouissimi inque penetralibus siti (recessus ac sinus) ab Romanis tuti eramus. sed nunc finem illi Britanniae patefecerunt uideruntque procul Caledoniam nostram; atque terra incognita (ut omnia inuisa in maius efferimus cogitatione) eos adduxit ut inuaderent. sed nobis non sunt, ut erant ceteris Britannis, terrae refugium praebentes et gentes spem uictis suppeditantes: desperatio summa nos circumuenit. — deinde in illis 'quorum superbiam frustra per obsequium ac modestiam effugeris' cum codex B 'exfugeris', A 'fugeris' suprascriptis 'ef' litteris habeat, haec lectionis diuersitas indicio est certissimo in communi archetypo formam librariis illis insuetam 'efugeris' fuisse scriptam. cuius exempla aliquot (quibus multa possunt addi) collegit Neuius, lat. Form. II p. 766 sqq. ed. alt. alias quoque apud Tacitum formae praeae latent sub corruptelarum inuolucris. ueluti in Germaniae cap. 2 'quis porro.. Germaniam peteret... , nisi si patria sit', quoniam semper Tacitus 'nisi si' cum indicatio coniungit, 'sit' locum non habet. aliorum inuentis praefero 'nisi si patriast': nam hoc breuiatum 'est' quot locis in 'sit' abierit dici uix potest.

Cap. XXXI. *bona fortunaeque in tributum, ager atque annus in frumentum, corpora ipsa ac manus siluis ac paludibus emuniendis inter uerbera ac contumelias conteruntur.* uerba corruptissime tradita ex parte ab anterioribus criticis uere sanata sunt; restant duo uitia. nam manus nullo pacto conteruntur, sed callent multis laboribus, fortasse etiam ulcera induunt. sed equid dirum atque formidulosum huic rei inest? an adeo dissoluti atque deliciis diffuentes erant Britanni ut tamquam procerum Romanorum pueri delicati mollesque nihil magis extimescerent quam manuum callum ac deformitatem? spage has nugas atque ineptias! legas 'corpora ipsa atque artus... conteruntur.' nam corpus et artus interdum coniungunt

Romani, ut totum corpus designent; cf. et Tac. Ann. II 15 'fluctibus et procellis fractos artus'. postquam autem sollemni errore 'rt' in 'n' abiit, ex 'atq; anus' obuia mutatione fecerunt 'ac manus.' porro suspectum est 'emuniendis', quod explicant 'uias mnnire per siluas et paludea.' sed per paludes, pnto, Romani non fecerunt itinera. neque uia 'emuniri', sed 'muniri' dicitur; et est 'uiam munire' quidem locutio haud inusitata, sed 'siluas munire' sensu supra exposito nsurpatum uereor ut latinum sit. nam quod comparant Liuii XXI c. 37 'inde ad rupem muniendam, per quam nman nia esse poterat, milites ducti': hic legendum ex certa nesciocuins emendatione 'moliendam'; nam de remouenda delendaque rupe est sermo. apud Tacitum emendandum pnto 'emnlgendis', quemadmodum Catullus 686 u. 70 dixit 'emulsa palude'. nam 'siluis ac paludibus' per figuram Tacito dilectissimam *Et deà duob* pro 'siluarum paludibus' dictum est. in harum umore usque nersantinm Britannorum corpora artusque conteruntur.

ibid. *nos integri et indomiti et in libertatem, non in poenitentiam laturo primo statim congressu ostendamus* eqs. innumeris fere coniecturis doctorum nihil luamur. nam ut boni medici est cohobere curam suam, quoad licet, in aegris membris neque attrahere sana, ita criticus quoque eis tantum, quae corruptionem prae se ferunt, manum admonere debet. itaque solis uerbis 'poenitentiam laturo' (nam haec sensu sunt inania) periclitemur mederi. Wexius autem 'arma laturo', Woelfflinus 'bellaturo' cum proponerent interpretarenturque 'pro libertate, non pro poenitentia dimicaturi', obliti sunt 'in libertatem arma ferre' uel 'bellare' esse 'contra libertatem dimicare'; et ipse Tacitus Ann. II 44 'Arminium pro libertate bellantem' habet. neque umquam homines bene sani pro poenitentia arma tulerunt, ut hoc additum 'non in poenitentiam' plane absurdum sit. et nelim omnino scire, quidnam significet 'in poenitentiam.' quod ut male (immo pessime) opponitur illi 'in libertatem', ita nec ex praecedentibus uerbis accipit lucem, in quibus Brigantum in opprimendis Romanis felicitatem mox in socordiam uertisse dicitur. oppositio autem, quae inter duo illa membra intercedit, duplex est haec: Brigantes iam olim subacti seruitioque adneti femina duce rebellabant; nos autem integri indomitique nec seruitio nati nunc niros in proelium procedere Romanis ostendemus. in his poenitentiae locns nullus est. sensit hoc postea Woelfflinus coniectique teste Halmio 'in patientiam bellaturo'; egregie quod ad 'in patientiam' attinet (nam 'patientia' fere aequat 'seruitus', ut c. 16 'ueteri patientiae restituit'), sed 'bel-

laturi', ut dixi, nihili est. pro 'laturi' quid postuletur, olim perpexit Muretus coniciens 'uou iu populi Romani seruitntem nati'. confatis igitur Mureti et Woelfflini inuentis uernm euadit hoc: 'iu libertatem, non in patientiam nati', quo iusta sententia simul et oppositio efficitur.

Cap. XXXII. *licet dominationi alienae sanguinem commodent, diutius tamen hostes quam seruos fide et adfectu teneri putatis. metus ac terror est, infirma uincula caritatis.* uerba priora per appositionem accedunt ad illa 'Gallos et Germanos et Britannorum plerosque'; estque constructio haec: nisi si putatis G. et G. et Br. plerosque fide et adfectu teneri, utpote qui, licet pro aliena dominatione militent profundantque sanguinem, diutius tamen hostes quam serui esse uelint (futuri sint). ei autem qui non pro patria sua sed pro alieuo imperio arma ferunt inuiti, data popularibus snis succurreudi occasione quam celerrime deserto seruitio priorum dominorum hostes existeat. quoniam igitur ad uerba 'hostes quam serui' subintellegendum est 'dominationis alieuae', peruersa uascitur oppositio, quae recta fit transpositione hac 'seruos quam hostes'. deinde bilem mouet illud 'metus ac terror est', ad quod aegerrime supplemus 'quo teneatur'. sed pessime tamen Beroaldus 'metus ac terror sunt infirma' scripsit; sic enim dirumpitur totus cum prioribus conexus. uidetur librarius inuenisse 'tent', quod non intellegens in 'est' mutauit. tu lineola addita scribe 'metus ac terror tenent', infirma uincula caritatis'. qua scriptura recepta illis 'fide et adfectu teneri' efficacissime responderetur.

ibid. (Romanis) *aut nulla plerisque patria aut alia est. paucos numero circum, trepidos ignorantia, caelum ipsum ac mare, ignota omnia circumspectantes, clausos quodammodo ac uinctos di nobis tradiderunt.* id quod est 'circum' cum explicationem habeat nullam, aut auctore Heuinauo delent utpote e sequenti uoce 'circumspectantes' ortum aut cum Anquetilio in 'locorum' mutant. neutra tamen correctio admodum est probabilis; et alio ducit accurata totius loci perpensatio. dicit Calgacus in eis quae antea posteaque leguntur de exercitu Romano maximam partem ex uariis nationibus conflato. itaque Germanos et Gallos et Britannos in illo militantes, quippe dominationem alienam perosos, in ipsa pugna a Romanis descituros esse summo opere sperat. sed cur illos in ipsa acie Romana socios a dis clausos ninctosque sibi traditos affirmet, cur porro eosdem, quos a Romanis ad Caledonios transcururos esse pro certo ponit, trepidos ignorantia et omnia noua circumspectantes contemptim uocet, id nullo modo

claret. post Germanos autem Gallosque et Britannos, a quibus tam praecleara sibi promittit, partem exercitus Romani iam reliquam breuiter tangere debuit. itaque qui dixerat 'aut nulla plerisque patria aut alia est' (quae uerba sic interpreteris: plerique aut ut in castris geniti nulla utuntur patria aut, ut Galli ceterique, alia) recte ita pergebat ut de paucis eis qui praeter plerosque illos aderant exponeret. et hi pauci quinam erant? nimirum ei qui natione essent orti Romana, ciues Romani. de his igitur cum exponi nunc desideremus, quis non adsentietur mihi affirmanti in uerbis 'paucos numero circum' ipsam illam ciuium Romanorum latere commemorationem et ex 'circum' eruendum esse 'ciuium'. restat ut lenissima mutatione rescribamus 'paucos numeros ciuium'; in quo 'numeri' noto loquendi genere pro 'cohortes' est usurpatum: cf. interpretes ad Agric. c. 18 uerba 'sparsi per prouinciam numeri'. hi autem pauci ciuium Romanorum numeri optime dicuntur 'clausi quodammodo ac uincti', quippe qui a Gallis et Germanis et Britannis iamiam Romanos relicturis undique circumdati fingantur. — haec ego dudum scripseram nonnissimis editionibus apparatu critico instructis usus, cum ex Oberlinii editione discerem et Lipsinm 'numeros' et Ernestinm 'ciuium' praecoccupasse. Ernestii uerba sunt haec: 'an scripsit Tacitus *ciuium*? nam intelleguntur sane cohortes legionum, quae sunt e ciuibz Romanis.' non uideo equidem, quo modo cohortes ciuium, nisi disertis uerbis designentur, intellegi possint illis 'paucos numero'. quamquam igitur nellem, intentius Ernestius suspitioni rectissimae institisset, aegre tamen fero eam silentio a nonnatis editoribus pressam esse. quamquam ueritas per aliquod tempus uis suppressa tandem ad diem luminis oras emergit. — in uerbis 'deserent illos ceteri Germani, tamquam nuper Usipi reliquerunt' recte Draegerus posuit 'Germani tam quam nuper Usipi'.

ibid. *hic dux, hic exercitus: ibi tributa et metalla et ceterae seruitium poenae.* praegnantia breuitate Kritzins pro 'hic nerus dux, hic uerus exercitus' positum autumat. intellegimus hoc de exercitu, non item de duce, cum de Romano duce ne unum quidem uerbum Calgacus dixerit. porro, ut iam Peerkampius bene monuit, nulla enuntiatio illi oppositio subest. et iusta oppositio hic eo magis requiritur quod in fine totius orationis summa ita erat facienda ut ea, de quibus in pugna subeunda agebatur, audientium animis penitus infingerentur. ad hoc propositum nihil conferunt uerba 'hic dux, hic exercitus'. non dubito quin hic quoque stupidum librariorum genus nobis officias fecerit, Tacitus autem sic fere scripserit (quam ad

coniecturam aliqua ex parte facem nobis praetulit Peerlkampius): 'hic lux, hic libertas'. in quibus 'lux', ut saepe, idem atque 'salus' significat; et 'lux' ubi corruptela sollemni in 'dix' abiit, 'exercitus' adiciendum putauit scribarum simplicitas. neque insequentia labe uidentur immunia esse. quamquam enim 'ibi' contra Kritizium 'illic' rescribentem recte defendunt, tamen 'metalla' non tuentur contra uerissimam Peerlkampii dubitationem. nam dixerat Calgacus c. 31 'in exitium petimur, neque enim arua aut metalla aut portus sunt, quibus exercendis reseruemur'. neque adeo illum post breue interuallum sui ipsius oblitum fingere debuit Tacitus. quidnam formidulosi subiectis sit expectandum, eiusdem capituli XXXI initio expositum est, scilicet dilectus maxime et tributa. horum commemoratorem aptissime Caledoniis in memoriam reuocauit Calgacus ita: 'ibi tributa et militia et ceterae seruientium poenae'. inter poenas in antiquitate erant metalla (cf. Tiberianus a me nuper editus II 2 'aurum quod duris extorsit poena metallis', Paulus sent. 5, 17, 3 'mediocrium delictorum poenae sunt metalla ludus deportatio'); huius rei prae memor nescio quis adscripserat 'metalla'; quod mox propter ipsam similitudinem geninim 'militia' sede sua depulit.

Cap. XXXIII. *ex quo uirtute et auspiciis imperii Romani, fide atque opera nostra Britanniam uicistis.* iure suo negat Peerlkampius se intellegere quid sit 'uirtute imperii Romani uincere', sed nesciens codices 'nostra' (non 'uestra', quod scripsit Puteolanus) habere ad falsa delapsus est. meliora molitus est Nipperdeus (opusc. p. 265) 'uirtute uestra, auspiciis imperii Rom., fide atque opera nostra', nisi quod non bene hic de sua fide loquitur Agricola. hoc uitans Urlichsius dedit 'auspiciis imp. R., uirtute et fide uestra atque opera nostra'. mihi potius uidetur uerba 'uirtute et' in 'uirtute ura' mutata (et corruptio necessario euenit post prauam collocationem) reicere post 'atque' ita: 'auspiciis imperii R., fide atque uirtute uestra, opera nostra', cum praesertim ipse Tacitus coniungat Ann. III 47 'fide atque uirtute legatos, se consilio superfuisset'. — in initio capituli 'exceperunt orationem alacres, ut barbaris moris, cantu fremituque', in quibus siue causa idonea Peerlkampius 'alacres' damnauit, copula abest. coniecere 'et ut' Waltherus, 'atque ut' Ritterus. simplicissimum est 'utq. barbaris'.

ibid. *inuenta Britannia et subacta.* non miror haec uerba tam absona esse uisa Urlichsio, ut a textu exulare iuberet. qui modo dixerat 'finem Britanniae castris et armis tenemus' is nullo pacto ita ut codices eum pergente[m] faciunt pergere potuit. cap. XXIII

legimus 'inuentus in ipsa Britannia (scil. praeter Caledoniam) terminns'; hic expectamus (nam 'Britannia' sensu praegnantia pro 'tota Britannia' positum esse, interpretum est sapientia non Apollinea): 'innenta cuncta Britannia et subacta'. et 'cuncta' cum facillime post 'inuenta' (certe facilius quam 'tota') perire potuerit, sine cunctatione Tacito reddendum puto. — in verbis 'cum uos paludes montesne et flumina fatigarent' aut 'montesue aut flumina' 'aut montesque et flumina' latinum est. et hoc (quod uerum puto) ante Urlichsium iam Barlaenam coniecisse nunc ex Oberlinii editione uideo.

ibid. nam ut superasse . . . pulchrum ac decorum in frontem, item fugientibus periculosissima. nemo Romanus haec aliter, ut puto, intellexisset quam 'pulchrum ac decorum in speciem'. Kritzius, dum praepositionem dissimilibus defendit, explicat 'ut aciei frons hostibus obuertatur'; quod non minus abhorret a latinitate quam ceterorum conatus (ut Henrichseni uertentis: für's Vorwärts). latinum est: 'in frontem nitentibus, ita fugientibus'. sic ex. gr. Lilius XXII 47 'in directam ntrinque nitentes'. nocis autem 'nitentibus' uestigium sperest in illo 'item', pro quo Rhenanus postulante usu correxit 'ita'. nam sententiam nuper a Petro recoctam, qua 'item' interdum pro 'ita' poni olim arbitrabantur, dudum Wexius et Kritzius suo iure exploderunt.

Cap. XXXIV. hi ceterorum Britannorum fugacissimi ideoque tam diu superstites. spreto exemplis alienis tu quam celerrime Tacitum oratione soloea liberes hoc modo 'hi Britannorum fugacissimi ideoque ceterorum tam diu superstites':

ibid. quomodo siluas saltusque penetrantibus fortissimum quodque animal contra rueri, pauida et inertia ipso agminis sono pellebantur, sic eqs. ad 'penetrantibus' subaudiunt 'nobis'; sed hoc ipsum Agricola ad ea quae exercitus in itineribus niderat adludens nullo modo omittere debuit. neque Tacitum 'ruere' pro 'ruerunt' scripsisse credo; nimis hoc ambiguum. immo eorum accedo parti, qui 'pellebantur' corruptum rati 'pelli amant' nel 'pelli solent (solebant)' temptauerunt. genuinum puto 'pelli dantur', hoc est, narrantur. nam iterum poeticam dictionem sequitur Tacitus: cf. ex. gr. Ouidius Fast. VI 434 'sen pius Aeneas eripuisse datur'. — paulo post Ritterus et Maduigi (aduers. crit. II p. 568 not.) tam luculenta emendatione 'nouissimae res et extremo metu torpor defixere aciem' scripserunt, ut in obscuro sit cur nuperrime iterum ad dubia et uiolenta confugere uoluerint.

ibid. transigite cum expeditionibus, imponite quinquaginta annis mag-

*num diem*. dixit hoc Agricola secundum calculum accuratissime computantium anno p. Chr. n. octogesimo tertio; diuus Claudius primum legiones in Britanniam transiit a. quadragesimo tertio; itaque milites Romani non quinquaginta, sed *quadraginta* per annos illa in terra bella gesserant. satis autem constat quam saepe numeri a librariis immutati sint.

Cap. XXXV. *diductis ordinibus, quamquam porrectior acies futura erat*. consilium erat ducis ordinibus diducendis aciem extendere; quodsi diduxit, porrectiorem fieri aciem adeo conseqebatur ut commemorari non attineret. praeterea 'futura' plane superfluum. lege 'quamquam porrectior acies *intula* erat', quod egregie in totum locum conuenit.

Cap. XXXVI. *igitur ut Bataui miscere ictus, ferire umbonibus, ora foedare* eqs. Bataui non miscent, sed inferunt ictus; neque suis umbonibus ad feriendos hostes utuntur, sed horum scuta parua incutiendis mucronibus perfrangunt tuncque ora foedando in fugam eos compellant. nihil enim magis quam oris deturpationem horrent barbari. lege 'Bataui misceri, ictus ferire umbonibus'. nam 'misceri' ualet 'sese inmiscere hostibus'. A praeterea primitus habuit 'miscere ictus ferire ictus umbonibus', unde fortasse priore 'ictus' deleto 'misceri, ferire ictus umbonibus' aptius erit.

*ibid. interim equitum turmae, ut fugere coninnarii, peditum se proelio miscuere; et quamquam recentem terrorem intulerunt, densis tamen hostium agminibus et inaequalibus locis haerebant; minimeque equestres, ea enim pugnae facies erat, cum egra diu aut stante simul equorum corporibus impellerentur; ac saepe uagi currus exterriti sine rectoribus equi* eqs. loco omnium difficillimo et coniecturarum nube obruto primum ueram medellam asferre mihi uideor scribendo 'minimeque equestre certamen (ea enim pugnae facies) erat, *cnm*' eqs: cf. Liuius XXII 47, 1 'Gallorum Hispanorumque laeuum cornu cum dextro Romanorum concurrat minime equestris more pugnae' et *ibid.* § 4 'sub equestris finem certaminis coorta est peditum pugna'. falsissimum autem est quod ex Anquetilii (is enim primus proposuit) coniectura non pauci edunt 'minimeque aequa nostris ea iam pugnae facies erat', cum ex initio capitis sequentis appareat Romanos quamquam equitum snorum praelio se miscentium turmis impeditos tamen uincendo progressos esse. deinde scribo 'cum e gradu *iacti* stante simul *peditum acie simul* equorum corporibus impellerentur'; neque enim sufficit emendandis uerbis 'egra diu aut' operam dare, sed simul agnoscenda erat lacuna perspicua ob causam orta. denique 'uagi currus' non



possunt esse nisi couinnariorum Britannorum, qui dudum ab equitum Romanorum turmis fugati tum quidem praelio non interfuere. intulit illos librarius, qui ex verbis 'interim equitum turmae fugere couinnarii peditum se praelio miscuere' (sic enim corrupte in codd. leguntur) false conclusit couinnariorum aliquam partem in pugna fuisse. lege 'ac saepe uago cursu exterriti sine rectoribus equi'.

Cap. XXXVII. *tum uero patentibus locis grande et atrox spectaculum: sequi vulnerare capere atque eosdem oblati aliis trucidare. iam hostium, prout cuique ingenium erat, cateruae armatorum paucioribus terga praestare, quidam inermes ultro ruere ac se morti offerre. passim arma et corpora et laeeri artus et cruenta humus; et aliquando etiam uictis ira uirtusque. postquam siluis appropinquarunt, ntem primos sequentium incautos collecti et locorum ignari circumueniebant.* turpissime haec omnia foedata sunt. sensit aliquid iam Henrichsenns, qui uerba 'passim — hnmns' non in hunc locum ubi de fuga narratur, sed in illum quo de caede hostium exponitur conuenire intellegens ante 'iam hostium' inseruit. eandem autem ob causam nec praecedentia uerba 'quidam inermes — offerre' hic retineri possunt. accuratius etiam contemplare illa 'iam hostium — praestare', in quibus primum 'prout cuique ingenium erat' prae inter 'hostium' et cateruae' legitur, cum debeat ante 'paucioribus terga praestare'. quamquam sic externa orationis forma emendatur, res ipsa inepta manet. etenim si hostes fugerunt 'prout cuique ingenium erat', in diuersissimas partes sparsi, ut quisque potuit, uitam seruare studebant. sed in illa fuga nondum Britannorum agmina dissoluta fuisse, ea docent quae paulo post de altera fuga instituta leguntur ('non agminibus, ut prius, nec alius alium respectantes rari et uitabundi' eqs). et ipsa hercle uerba 'prout cuique ingenium' et 'cateruae hostium' aperta fronte inter se pugnant: ubi caternatim agitur, singulorum ingenia nihil ad rem faciunt. omnes has difficultates superaueris, si uerba 'iam hostium', et 'cateruae armatorum paucioribus terga praestare' sede sua remoneris, ntpote olim in margine archetypi paulo angustiore adscripta et hinc nariis locis in textum inserta. nunc uero 'trucidare, prout cuique ingenium (scil. sine mite sine saeuum) erat' optime cohaeret, agitque totus locus de una caede uictorum. sed iterum uerba illa in marginem relegata 'iam hostium cateruae armatorum paucioribus terga praestare' diligentius sunt examinanda. nam, ut fit in uerbis minntiore scriptura in margine exaratis, aliquot maculas traxerunt. peruerse quippe armati hostes commemorantur, quasi hi paucis illis inermibus ultro se morti offerentibus opponendi fuerint. nec 'terga praestare' ullus

scriptor Romanus dixit. et hoc quidem uitium sustulit Peerlkampius restituendo 'terga praebere'; 'armatorum' ego in 'artatorum' (siue malis 'artorum') mutandum censeo. nam postquam alae Romanae a fronte pugnantium transnectae auersam hostinum aciem inuasere, alii Britannorum per patentia loca spargebantur eoque quo descriptum est modo necabantur, alii in collibus conglomerabantur cateruatim. iam illis caesis hi quoque, quamquam paucioribus Romanis instantibus, in fuga quaesiuerunt salutem. restat ut uerba 'iam hostium — terga praebere' (nam eis non inesse monachi cuiusdam sapientiam res ipsa clamat, erantque potius casu quodam in textu omissa et hanc ob causam in margine adiecta) ibi reponamus ubi sunt et aptissima et necessaria, scilicet post uerba 'et cruenta humus'. totum ergo locum sic redintegra: '. . . spectaculum: sequi uulnerare capere atque eosdem oblati aliis trucidare, prout cuique ingenium erat; quidam inermes ultro ruere ac se morti offerre: passim arma et corpora et laceri artus et cruenta humus. iam hostium cateruae artatorum paucioribus terga praebere. et aliquando etiam uictis ira uirtusque: postquam siluis appropinquantur' eqs. — sed nondum hunc locum dimittere licet, sed iterum opem atque auxilium flagitant proxima uerba. quorum correctio probabilis (nam multi frustra acumen suum ei admoerunt) tum, nisi fallor, reperietur, si ante omnia transpositione necessaria 'collecti incautos' scripseris; nam male in tradita scriptura 'incautos' cohaeret cum 'primos'; saltim 'incaute' uel 'incautius' (ut uoluit Halimius) expectes. hinc sequitur, non cum Dronckio 'gnari', sed Puteolano auctore 'ignaros' legendum esse: nam ipsa illa uocis 'collecti' transpositio effecit ut 'ignaros' adcommoedaretur illi 'collecti'. quibus restitutis emendando uocabulo 'ntem' (sic A) uel 'item' (sic B) fundamentum est iactum. coniecerunt autem Hutterus 'identidem' (quod nimium est, cum de uno hostium faciuore sermo sit), Goebelius et Maduigijs 'idem' (quod uerbum abundat), alii alia non minus apta. leni correctione (nam compendium non intellectum hic quoque errorem peperit) reponendi sum auctor: '*contra primos sequentium collecti incautos et locorum ignaros circumueniebat.*'

ibid. *ceterum ubi compositos firmis ordinibus sequi rursus uidere, in fugam uersis non agnitiuis, ut prius, nec alius alium respectantes rari et uitabundi in uicem longinqua atque auia petiere.* indignandum est emendationem Peerlkampii certissimam, qua 'sequi uidere, rursus in fugam' uir acutissimus optime reposuit, adeo a nnperrimis editoribus sperni, ut ne commemoratione quidem dignam habeant pro

'nersis' autem vulgo inde a Puteolano 'nersi' scribitur. melius ex 'uersis' elicies 'uersi s'; hoc est, 'uersi, sed non agminibus' eqs. nam dici uix potest quot locis particula ista compendiose scripta deliquerit. et erant qui illud 'sed' sententiae necessarium requirerent; sic nonnulli prae 'sed alius alium respectantes', melius Bipontini 'respectantes, sed rari' proposuerunt, dum neutri ueritatem simplicem et ante pedes sitam agnoscunt.

Cap. XXXVIII. *Britanni palantes mixtoque uirorum mulierumque ploratu trahere uulneratos, uocare integros; deserere domos ac per iram ultro incendere; eligere latebras et statim relinquere; miscere inuicem consilia, deinde separari.* summa Caledoniorum consternatio ita pingitur ut res diuersissimas inire et mox abicere ac contraria facere narrentur. quam in imaginem non quadrant illa 'trahere uulneratos, uocare integros'; ita enim homines mentis bene compotes agere solent. ceterum qui sint illi uulnerati et integri elucet ex cap. 36 uerbis his 'ac plerique semineces aut integri festinatione uictoriae relinquebantur'. erant igitur in campo multi Caledonii cohortium Romanarum in colles conitentium pedibus obtriti quidem, sed a uulneribus immunes atque integri. iam cum exercitus Caledoniorum uicti stratique essent, noctu, dum singuli desperantes palantur, alii alia iniere consilia. et nonnulli quidem in campum descendunt, ut popularium corpora pernoscerent et a mortuis ac seminecibus discernere leniter afflictos et integros, quos secum raperent. sed ut erant animo attoniti, incolumes illos interfecerunt, traxerunt uulneratos, qui neque postea ulli usui et tum pergentibus summo impedimento erant. lege 'trahere uulneratos, necare integros'.

ibid. *Trucculensem portum tenuit, unde proximo Britanniae latere lecto omni redierat.* uerbis antea desperatis lucem affudit Madnigius (adu. crit. II p. 569), cum proponeret 'unde proximo anno, Britanniae latere lecto omni, reditura erat', nisi quod et 'latere' non recte retentum est (dudum Pichena uerissime 'litore' correxerat) et 'redierat' multo facilius in 'rediret' (redirat) mutabitur. nam 'unde rediret' notissimo dicendi genere idem atque 'ut inde rediret' significat.

Cap. XXXIX. *hunc rerum cursum quamquam nulla uerborum iactantia epistulis Agricolae actum, ut Iomitiano moris erat, fronte lactus, pectore anxius excepit.* prae ex Lipsii coniectura edunt 'anctum'. nam etsi res apte dicuntur augeri, tamen 'rerum cursum augere' qui scripserit non inuenio. neque 'nulla uerborum iactantia' bene con-

iungitur cum 'auctum', ut sensit Peerlkampius. nec tamen defenderim codicum scripturam. quamvis enim Latini, ut plerumque 'agere de aliqua re', ita interdum sensu eodem 'aliquam rem agere' (= narrare, exponere, describere) usurpauerint (locos nonnullos Ciceronis congescit Drakenborchius ad Liuii X 31, 10), tamen rerum cursum agere longe aliud significat. utique magis placet 'apertum', quod compendiosius scriptum in 'aptum' et hinc in 'actum' abiit. 'ut Domitiano moris' cod. *A* in textu, idem in margine 'al. ut erat Domitianus', cod. *B* 'ut Domitianus erat' tradunt. neque bene subiectum enuntiati primarii (nam nulla Domitiani mentio praecessit) detruditur in sententiam secundariam. codicem *A* ut optimum ducem secutus Tacito uindicauerim: 'Domitianus, ut ei moris erat, fronte' eqs.

ibid. et cetera utcumque facilis dissimulari, ducis boni imperatoriam uirtutem esse. totam Domitiani argumentationem qui simplici sensu praeditus perlegit, ei non possunt non obscura esse ultima uerba supra exscripta. has enim imperator cogitationes animo secum uoluit: 'nihil magis sibi cauendum esse quam ne homo priuatus maiore fama quam ipse celebraretur. hanc ob rem olim uiros aut in foro aut artibus litterisque claros in exilium se pepulisse, nequidquam id quidem, si nunc militari gloria Agricola principem anteiret; et tamen cetera illa, in quibus a priuatis superatus esset, scilicet studia fori et ciuiliu artium decus, qualicumque modo sine ullo negotio negligi (nam quotumquemque ad haec animum aduertere?); sed aegerrime negligi, boni ducis eam esse uirtutem, quae imperatorem deceret quamque hunc non habere comparantibus facile appareret: nam res bello egregie gestas omnes et doctos et indoctos pari fauore prosequi'. itaque ut illud 'et cetera' rectissime se habet (Wexius 'et' deleri iussit, ut 'cetera' aduerbii uice fungeretur), ita uerba 'faciliter dissimulari, ducis boni' eqs stare non possunt, cum neque apte cohaereant et sententia plane contraria flagitetur. si mihi res esset cum aetatis aureae scriptore, conicerem 'et cetera utcumque facilius, difficiliter dissimulari, ducis boni' eqs. (siue 'utcumque, difficiliter'); nunc Tacitum puto scripsisse 'utcumque facilis, uix dissimulari'.

ibid. talibus curis exercitus, quodque saevae cogitationis indicium erat, secreto suo satius optimum in praesentia statuit reponere odium, donec impetus famae et fauor exercitus languerent. amat Tacitus duo enuntiata in unum contrahere (exemplo sit cap. 13 'olim regibus parebant, nunc per principes factionibus et studiis distrahantur' = nunc principibus parent, per quos eqs); sed hae breuiloquentia non utitur, nisi ubi salus perspicuitate fieri licuit. hic quominus illam

ab eo adhibitam esse putemus, duae causae grauissimae obstant. uam primum quod dicunt omuem euuntiati uim positam esse in uocabulo 'secreto': haec uis perit atque ad uibulum recidit propterea quod alterum uocabulum non minore ui effereudum 'satiatus' uuo quasi tenore adiungitur. is qui uerba illa legit ad finem properat quia in 'satiatus' uoce pondus seuteutiae iuesse existumat, exiliore spiritu prouuntiat 'secreto'. uimiram contractio illa locum nou habet, ubi duae res diuersissimae, quarum altera alteram sequitur excipitque, secundum narrationis ordinem accurate sunt distingueudae. porro colon 'quodque saeuae cogitationis iudicium erat' mediae orationi insertum non ad uuum 'secreto' sed ad totum illud 'secreto suo satiatus' referri potest. sed id quod Domitianum tandem secreti satias cepit ineptissime saenae cogitationis indicium dicitur. ulla igitur dubitatio est quin oratio tam obscura intricataque a Tacito alienissima sit. scripsit, ui fallor: 'secreto. quo satiatus'. de Domitiani secreto abunde egerunt interpretes eidemque iulustrarunt uerbum 'satiatus'. — ceterum de exercitus fauore minus sollicitus erat Domitianus, sed bilem ei monit populi Romani fauor in Agricola propensus, quippe suae ipsius gloriae imperatoriae uociturus. ita autem Caesar secum reputasse uidetur: si uirum remm fama nuuc cum maxime uigentem occidam, summum odium atque iram in me concitabo; sed fauor hominum nuuc commotus ipso tempore languescet, cum praesertim Agricola in Britaunia etiam nuuc moretur ueque Romae praesens adspectu suo apud multitudinem cotidie illum pascat angeatque. siu fauor, ut fere fit, breui elanguit, efficiam ue Agricola Romam reuersus iterum eum excitet; campumque uirtutes bellicas ostendeudi bomini isti claudam. ulla in his curis pars erat exercitus (ueque enim Caesar tam demeus erat ut serio crederet Agricola legiones Britaunicas contra eum dneturum esse); immo, si ab hoc timuit, unlla mora interposita Agricola ex Britaunia reuocare debuit; ueque tum ullus locus est uerbis subsequentibus 'uam etiam tum Agricola Britauniam optiuebat'; quae Nipperdeio adeo peruersa esse uidebantur, ut longa ac subtili disputatione interpolatori alicui uiudicare susciperet (opusc. p. 248 sqq.). optime autem illa retinebantur, si causam indicant cur famam fauoremque mox abiturum esse Domitians sperauerit. restat igitur ut fauor exercitus eliminetur hoc modo: 'donec impetus famae et fauor *excitus* languesceret'. — sic ego dudum conieceram, cum Urlichsii apparatus criticum perlustraus ipsum codicem *B* (id quod autea iguorabatur) re uera 'excitus' praebere nou siue gaudio cognoui. uidetur autem

libri *A* scriba 'exercitus' exarauisse, cum eius memoriae adhuc inhaereret id quod paulo ante legitur 'exercitus'.

Cap. XLI. *crebro per eos dies apud Domitianum absens accusatus, absens absolutus est.* rediit Agricola Romam a. 83, bella mox commemorata intra a. 86—89 gesta sunt. spatium sex fere annorum non potest indicari uerbis 'per eos dies'. lege 'per eos annos'. quod de suo mutauit bonus monachus, qui Agricola Romam reuersum statim ueneno interceptum esse mente sibi finxit. — mox in certissima Gronouii emendatione 'tot militares uici' nunc plerosque adquiescere uideo; sed paulo infra in uerbis 'posebatur ore uulgi dux Agricola, comparantibus cunctis uigorem et constantiam et expertum bellis animum cum inertia et formidine eorum' inmerito neglegi puto Peerlkampii suspitionem, qui nil nisi 'comparantibus — animum' a Tacito, cetera a librario rem comparatam alteram ut necessariam adicienti uenisse statuit.

*ibid. sic Agricola simul suis uirtutibus, simul uitis aliorum in ipsam gloriam praeceps agebatur.* adeo fama gloriaque florebat Agricola, nullo pacto ut posset etiam tunc 'in ipsam gloriam' agi. porro recte Maduigijs (adu. crit. II p. 570): 'in periculum et inuidiam praeceps agebatur, non in gloriam'. coniecit igitur ille 'ipsa gloria'. non unam ob causam praefero, quod ipse temptabam 'inter ipsam gloriam', hoc est, cum ita Agricola sermonibus hominum circumferretur, simul et suis ipsius uirtutibus principi iam molestis et irachinae mentis aulicorum quorundam in perniciem agebatur.

Cap. XLII. *qui paratus simulatione, in adrogantiam compositus, et audiit preces excusantis . . . nec erubuit beneficii inuidia.* Latini dixerunt, ut ipsa postulat ratio, 'alicui rei' aut 'ad aliquam rem paratum promptumque esse', cum nudo ablatiuo numquam quantum scio coniunxerunt; neque hoc tueri licet accessita locutionum 'intentus, confusus, aduetus aliqua re' similitudine, quippe quarum longe alia ratio sit; et in talibus semper diligentissime obseruandus est usus. restituendum est aut 'paratus simulationi' (et notum est saepissime datiuum in ablatiuum cecidisse) aut, id quod certam ob causam praefero, 'qui parata simulatione in adrogantiam compositus'. — beneficii inuidiam hoc uno modo interpretari licet, ut pro beneficio inuidioso accipiamus, hoc est, pro beneficio quod odium moueat. uemo autem erubescit propterea quod facinus aliquod commissum aut unius aut complurium inuidiam odiumque incurrit, sed suae ipsius prauitatis conscius. si Domitianus id quod Agricola coactus petiit concessit, specie quidem beneficium tribuit, re autem uera

summam intulit iniuriam; itaque beneficium illud in se habuit iniuriam; qua tamen mens ista corrupta non erubuit. optime igitur ante me iam Ernestius restituit 'beneficii iniuria'.

ibid. *salarium tamen proconsulari solitum offerri et quibusdam a se ipso concessum Agricola non dedit.* id quod est 'proconsulari' indigere medella, dudum perspectum est; scribuntque ex Bletterii emendatione sane leuissima 'proconsulare'. qua admissa illud 'solitum offerri' nimis nudum et additamenti alicuius egenum uidetur. lege potius *pro proconsulatu solitum offerri*'.

ibid. *eo laudis excedere, quo plerique per abrupta sed in ullum rei post usum ambitiosa morte inclauerunt.* 'excedere', pro quo Lipsius 'excendere' uoluit (multo uolentius Wexius 'eorum laudes excedere qui'), bene tuentur comparatis Valerii Maximi et Plinii maioris locis. in reliquis iam Itali 'rei publicae' uere correxerunt; eidemque 'in nullum' restituentes partem recti uiderunt, neque tamen 'sed' (quippe particula copulatiua potius quam aduersatiua hic opus) suo iure retinuerunt praetermiseruntque istam orationis balbutientis scabritiem 'quo inclauerunt'. quam remoturus Heumannus 'enisi' autem 'sed' interlapsum esse statuit, quem alii alio modo secuti sunt. mihi codicum scriptura 'per abrupta sed in ullum rei post usum' uata uidetur ex hac 'sedi nullum reipat usum'; in qua lectione 'at', ut saepissime, pro 'ad' positum est. lege 'quo plerique per abrupta secuti nullum reip. ad usum ambitiosa morte inclauerunt'. locutionem 'locum aliquem sequi' significare 'locum appetere', sat constat.

Cap. XLIII. *nobis nihil comperti affirmare ausim.* modestiam tam puerilem atque adeo plauis insanam merito a Tacito abiudicauerunt docti plerique. et partem uitii egregie sustulit Heurichseus, qui 'ut firmare ausim' scripsit colligeus Aun. I 81 'uix quidquam firmare ausim'; Aun. VI 6, 28, 50; Hist. II 9. sed idem cum 'nihil ita compertum' proponeret, iusto uolentior extitit, quamquam 'comperti', quod hic locum non habet, recte in dubitationem uocans. leuissimo remedio sic illud sauibitur: 'nobis nihil compertum certi', causa corruptelae ob oculos posita. ceterorum autem coniecturae parum a re palaeographica habent probabilitatis.

ibid. *sine cura illud sine inquisitio erat.* uocabulum 'cura' (est germanicum 'Sorge, Theilnahme') ita intellegi debet, quasi re uera Domitianus de Agricola ualitudinis aduersa sollicitus fuerit. quod non conuenit in tyranni imaginem a Tacito exhibitam. itaque alii alias significationes a uocabulo illo alienas subesse sibi persuaserunt (ut Nipperdeius 'Aufmerksamkeit' et Peterus 'Schein der Theilnahme')

uertentes). Tacitus in ambigno reliquerat, num ueneno socer interceptus esset; potnit ergo hic adicere 'siue *conscientia* illud sine inquisitio erat', hoc est, siue de ueneni dati efficacitate Domitiani nuntii certiores fieri siue morbo naturali aegrotantis statum inquirere noluerunt. '*conscientia*' compendiose scriptum haud ita difficile in '*cura*' abiit.

ibid. *supremo quidem die momenta ipsa deficientis per dispositos cursores nuntiata constabant, nullo credente sic adcelerari quae tristis audiret. speciem tamen doloris animo uultuque prae se tulit.* remouendum est ex his autem omnia emblema molestissimum. cursores illi dispositi uni solique Domitiano in uilla Albana moranti de deficienti Agricola nuntiabant, non item populo. quorsum igitur uerba illa '*nullo credente — audiret*' spectant? an ad ipsos cursores? sed hi utpote serui uiles uix de eis quae pertulerunt cogitauerunt. an inter currendum obuiis de re nuntianda narrauerunt? ne hoc quidem in ministris aulicis credibile est. nimirum illa *margini adscripta* in sedem alienam delata sunt. initium capitis sic restitue: '*uulgus quoque et hic aliud agens populus \**' et uentitauerunt ad domum et per fora et circulos locuti sunt, *nullo credente sic adcelerari, quae tristis audiret*; nec quisquam [audita] morte Agricolae aut laetatus est aut statim oblitus. nides quam egregie uerba suo loco molestissima in hunc conexum quadrent. quibus sublatis ad alia pergamus. pro '*constabant*' latinitas flagitat '*constabat*', quod Rhenanus reposuit. mihi tamen ipsum uocabulum admodum suspectum est, non ideo quia statim sequitur '*satis constabat*' (quae causa erat Peerlkampio ut illud glossatori tribueret), sed aliam ob rationem. de Domitiano sermonem esse nusquam legitur neque uerborum conexu tam clare atque indubie indicatur quam a bono scriptore nostro iure postulamus. hac causa adducor ut in '*constabant*' grauius uitium inesse putem sic tolleundum: '*nuntiata Caesari*; *speciem tamen*' eqs. nam '*Caesari*' solito compendio '*cari*' scriptum erat; eodem autem compendio etiam '*constari*' exarabatur. hinc librarius, cui haec abbreviatio nsitatior esset quam illa, ut simul formam orationi conuenientem exhiberet, pro sua scilicet sermonis latini scientia '*constabant*' dedit.

\*) data occasione corrigam interpretes, qui populum aliud agentem uolunt esse incuriosum ('*theilnahmlos, gedankenlos*'). conferas potius Catulli XV 6 sqq. '*non dico a populo; nihil ueremur istos qui in platea modo huc modo illuc in re praetereunt sua occupati*'. itaque populus negotiis suis intentus designatur.



num miraris, haec usu uenire potuisse? tu uero attende quam saepe Caesaris uocabulum abbreviate scriptum erroribus ausam dederit; ueluti Hist. IV 42 uerba ab Joh. Muellero bene restituta 'sponte Caesaris accusationem' sic corrupta sunt in Mediceo 'sponte e X SC accusatio'. — denique certum est uerba 'animo uultuque' foedata esse. et anteriores quidem critici pro 'animo' coniecerunt 'habitu uel 'oratione' uel 'sermone' uel 'ore', maximam partem nimis uolenti. uou me poenitebit restituisse 'speciem tamen doloris animi uultu prae se tulit'. nam cum falsa adsimilatione 'animo' positum esset, necessario deinde 'uultuque' scribebatur. nulla autem in duplici genetiuo offusio.

Cap. XLIV. *nam sicuti durare in hac beatissimi saeculi luce ac principem Traianum uidere, quod augurio uotisque apud nostras aures ominabatur, ita festinatae mortis grande solatium tulit* eqs. unam maculam omniium consensu feliciter purgauit Acidalius, cum 'in haec b. s. lucem' reponeret; cetera nouum ad liquidum perducta sunt. progredieudum est autem a uoce 'quod'. quae cum ad illa 'durare in haec lucem ac principem Traianum uidere' sit refereuda, ineptam efficit sententiam. nihil Agricola de sua uita duratura omniabatur, sed de uuo Traiano aliquando principe futuro. hinc refelluntur etiam coniecturae et Rheuani 'quod' deletis et Ritteri in 'quodam' Peterique in 'quoudam' mutautim. unice rectum erit 'quode augurio uotisque apud uostras aures omniabatur'. auctore autem Dahljo sententiae iulium ita redintegrandum est 'nam sicuti non licuit durare.'

Cap. XLV. *nos nostrae duxere Heluidium in carcerem manus, nos Maurici Rusticique uisus, nos innocenti sanguine Senecio perfudit.* zeugmatis figura, quam plerique accersunt, nihil hic lucratur. cola circumiacentia demonstrant, qua orationis forma uerba media 'uos Maurici Rusticique uisus' fuerint prolata. nimirum lacuna inter 'Rusticique' et 'uisus' est statuenda, sic fere explenda: 'nos Maurici Rusticique *crucianit* diuisus'. quae coniectura ab arte certe potius se habet quam quod in margine codicis A Vrsiuus tamquam uariam lectionem profert 'uos Mauricium Rusticumque diuisimus'; quod Itali uescio cuius commentam futile non debuit Urlichsius recipere in textum.

ibi-l. *omnia sine dubio, optime parentum, adsidente amantissima uore superfuere honori tuo; paucioribus tamen lacrimis comploratus es, et nouissima in luce desiderare aliquid oculi tui.* agitur non de mortuo Agricola, sed de aegrotanti. hoc ostendit adsidens uxor, hoc ploratus affinium (quorum lacrimas large profusas quasi quoddam solatium

secum ferre moribundi putabantur), hoc iamiam deficientis lux suprema. in his nullum locum habet 'honori tuo'; neque enim aegro, quem cari fouent, honos habetur; et honores ultimi sepulturae hinc alienissimi sunt. sed de his utique cogitasse uidetur libarius qui uerba 'honori tuo' de suo adiecit, cum addito quodam indigere putaret illud 'superfuere'. sed 'omnia superfuere' aequat fere 'omnes res ad te fouendum necessariae abunde adfuerunt'.

Cap. XLVI. *admiratione te potius temporalibus laudibus et, si natura suppeditet, militum decoramus.* vulgo legunt 'quam temp. laudibus'; et sic certe glossator ille scripsit, qui oppositionem in uoce 'potius' ad praecedentia pertinere non intellegens suae sapientiae documentum addidit. quae glossa primo uocabulo truncata irrepit in textum. interpolatorem utique prodit illud 'temporalibus' iam Peerkampio suspectum. neque Acidalii coniecturam 'et immortalibus laudibus' probauerim; quippe immortalibus laudibus non familia tota, sed unus tantum Tacitus Agricolae memoriam colere potuit. quamquam Tacitum ipsum tam inmanis laudum suarum praedicatio, qualis inest attributo isti, dedecet. itaque emblemata apertum eiciamus; et ita iam suasisse Draegerum nunc uideo. pro 'militum' autem aut Heinsio auctore 'aemulatu' ('imitando' uoluerat Puteolanus) aut Grotium secuti 'similitudine' scribunt, pro 'decoramus' aut 'decoremus' aut 'colamus'. et 'aemulatu' ('imitando') falsum esse facile est demonstratu, unicuique cum natura aemulandi facultatem dederit; sed similitudine magnum aliquem uirum colere, id neque cuilibet datum est neque nisi per multos labores optinetur; unde additum est illud 'si natura suppeditet'. hinc etiam alterius uocabuli medella in promptu est. nimirum ex 'similitudinecolamus' post syllabae 'si' interlapsum 'militumdecolamus' indeque 'decoramus' natum est. legamus ergo: 'admiratione te potius et, si natura snppeditet, similitudine colamus'.

ibid . . . . *sed tuis ipse moribus possis. quidquid ex Agricola amamus, quidquid mirati sumus, manet mansurumque est in animis hominum, in aeternitate temporum, fama rerum.* haec uerba tam absolute posita non concoquo. unde enim Tacitus augurari aut scire potuit, Agricolae uirtutes eas quas admirabatur familia in aeterna hominum memoria uicturas esse? an propterea quod ipse hoc libello praeco illarum extitit? nimiae et Tacito indignae adrogantiae hoc esset. cuius ne scriptorem candidissimum inmerito faciamus reum, alia ratiocinatione id quod uerum est eruamus. nam aut ego caecutio aut haec Taciti est opinio: si et familia et ceteri homines Agricolam

aemulentur, si eius et dicta factaque secum reuoluant et mentis formam suis ipsi moribus exprimere studeant, tunc, quidquid ex Agricola amauerint atque admirati sint, manere atque mansurum esse perpetuo, imagine Agricolae tanquam omnium uirtutum specimen liberis nepotibusque tradita. hunc cum eis quae antecesserunt conexum a Tacito non clare aperteque esse iudicatum, credat Iudaeus Apella. emendo '... possis. sic, quidquid' eqs. — restat de uerbis 'fama rerum' quaestio, quae prudentissimus quisque criticorum segre tulit. quippe 'fama rerum' nihil significat quam gloriam rerum ab Agricola gestarum. uam qui interpretantur de historia, talem dictionis illius usum neque inlustrarunt exemplis neque nunquam inlustrabunt; unde conruit Halmii coniectura 'in fama rerum', in qua etiam hoc uituperandum est quod plane otiose illud additur. uam ut 'manet' et 'in animis hominum', ita 'mansurum est' et 'in aeternitate temporum' sibi tam arte respondent, ut quidquid accedit prauum sit. iam prior illa explicatio redarguitur totius loci sententia, cum socerum uirtutibus potissimum superstitem fore in hominum memoria modo praedicauerit Tacitus; ut taceam, illud 'fama rerum' in fine totius sententiae positum mirifice languere (expectamus 'fama rerum in animis hominum' eqs). cum additamentum quoddam monachale hic quidem non sit statuendum, rectam uiam inuisae pntandus est Peerlkampius uerbis in alium locum transpositis; qui quod in eis quae deinceps leguntur scribendum proposuit 'Agricola posteritati narratus et traditus fama rerum superstes erit', a uero longissime aberrauit, ut statim ostendemus.

ibid. nam multos ueterum uelut inglorios et ignobilis obliuio obruet: Agricola posteritati narratus et traditus superstes erit. Hauptius coniecit 'obruet'; quam coniecturam miror a multis editoribus receptam esse. iam Wexius bene contra eam mouit: 'si illos ueteres obliuio obruit, ea fuit eorum gloria et rerum fama, ut facile euertere posset. habuerunt igitur gloriam, non laudem, neque nero fuerunt homines magni et clari, quorum ipsorum gloriam antiqui scriptores, si ueram dicere uoluunt, dicere soleunt eam nulla uetustate obrui, nulla obliuione deleri posse. tales igitur ueteres sperare gloriae perennitate, quae tandem magna laus erit?' haec Wexius; quibus hoc addo, id quod multi ueterum obliuione erunt obruti uihil ad rem pertinere, neque iude de Agricolae certa stabilique in tempore futuro gloria quidquam consequi. quamnis autem Hauptii coniectura sit inprobanda, rectissimo tamen iudicio ille in uulgata lectione offensus mihi uidetur. nam haec 'multos ueterum obliuio obruet' facile

persentiscimus ineptissime se habere. si neterum illorum memoria ad Taciti usque tempora durauit, aeuo etiam posteriore facile durare potuit. quod quo iure aut quo futuri praesagio Tacitus negauerit, non perspicimus. quibus ex turbis expediemur, si ipsos nimiram ueteres istos ad inferos relegauerimus. quippe medii aeuo monachorum sapientiam redolet illud 'ueterum': librarii cum saecula praeterita respicerent, iure suo de ueteribus obliuionis nocte ac tenebris oppressis cogitabant. haec qui secum reputat, ipsam uocem suspectam e textu eiciendi patrociniū suscepit. quam sententiam cito damnauit animus. nam in eis quae iam restant iustum desidero sensum. quaero qui sint illi 'multi'. interpretes parata semper responsione dicunt, ad 'multos' ex ipso addito 'uelut inglorios et ignobiles' suppleendum esse 'streuous et claros eo quo nixerunt tempore'. non ita locutus est Horatius certatim ab illis adlatas, qui hoc potius habet (od. IV 9, 25):

uixere *fortes* ante Agamemnona  
 multi, sed omnes inlacrimabiles  
 urgueuntur ignotique longa  
 nocte, carent quia uate sacro.

non ille 'fortes' ad 'multi' ex 'Agamemnona' et 'ignoti' addendum reliquit legentium menti, sed uocabulum necessarium suo loco posuit, cauens scilicet ne 'multi' tam nude positi acciperentur pro innumerabili illo numero fruges consumere nato. qui locus Horatianus, etzi cetera sat alienus est a nostro, hoc tamen clarissime ostendit, requiri apud Tacitum aliquid quo multi illi accuratius designentur quoque simul appareat, cur illorum famae caducae fragilique Agricolae gloria aeterna perennisque opponatur. unde ratione habita eius conexus, qui ultimo enuntiato cum praecedenti est, emendandum censeo: 'nam multos *fama rerum notos* uelut inglorios et ignobiles obliuio obruet', hoc est, multi eorum, qui uerorum animi mentisque bonorum expertes solummodo ob res gestas nomen splendidum sunt consecuti, oblitterabuntur, cum contra Agricola uirtutibus suis solidis semper apud posteros sit uicturus. sic cohaereus cum praecedentibus sententia efficitur. secuta est corruptio uocis 'notos' in 'ueterum' traiectionem uerborum 'fama rerum'.

## VIII.

### AD SYMMACHUM.

---

Quinti Aurelii Symmachi orationum fragmenta cum iam olim in emendandis Panegyricis latinis uersatus tractaui (cuius studii testimonium extare uolui aliquot coniecturas musei Rbenani uol. XXVII p. 223 sq. insertas, sed Seeckio incognitas), tum his ultimis mensibus ut iterum in manus sumerem et unam alteramque horam subsecinam illis emaculaudis darem, me adduxit Ottonis Seeckii dissertatio sic inscripta 'die Reden des Symmachus und ihre kritische Grundlage' (comment. Mommsenian. p. 595 sqq.). nam egregium Seeckius fundamentum iecit in hoc scriptore ingenium experturis eo quod palimpsestorum Mediolanensis et Romani scripturas diligentissime accuratissimeque excripit communicauitque cum philologis. idemque, cum ab uno homine tot corruptelarum, quibus palimpsesti illi scatent, medella non posset expectari, aliorum doctorum opem implorauit, quo nitidior purgatorque editio ab ipso praeparata proditura esset. cuius precibus nos quidem inbeuter morem gessimus; putoque me posse exhibere certas nonnullas emendationes.

In Valentinianum I, cap. 1: *prorsus quasi ab ipsius mundi gubernacula designatus mutando uarias caeli plagas usum tibi omnium cardinalium iudicasti.* corrumpit corrupta Maius scribendo 'ad ipsius mundi gubernacula'. lege 'ab ipsius cunis mundi gubernaculo designatus.'

ibid. cap. 2: *tantum meriti pertulisti, ut nullum praemium tibi debeat imputari.* scribe 'rettulisti'.

ibid. c. 4: *sint haec fragmenta carminum; nos habeamus exempla factorum.* corrige 'habemus' et 'factorum'.

ib. c. 10: *quae res inuitamento omnibus fuit* (ita cod.); *nam resp. uehementius delectatur inuitis. nemo plus dignitati tuae adfuit quam qui non paruit uoluntati.* scribe 'non quaserens inuitamento omnibus fit' et porro 'nemo plus dignitati suae adicit'.

ibid. c. 11: *ergo Augustum pari iure confirmas. curasti ne unquam tibi suspectus esset.* repone 'confirmans curasti'.

ibid. c. 12: *nec istud nimium gratiosa aut populari festinatione fecisti.* corrige 'gratiosae aut populari existimatione'.

ibid. c. 13: *nec menstruo pigra discursu aut in senescendo uarias mutaret effigies.* luna non habet discursum, sed decursum. deinde id quod Maius e codice adnotat 'et fegies' muta in 'effigies'.

ibid. c. 14: *nondum adulta rerum a te gestarum profano monumenta. iam cedo primitiis, faciam quod usu uenire nobis in prolixo itinere solet.* locum, in quo frustra desudat Seeckius, ita intellege: sed diuulgo res a te puero gestas; his igitur primitiis cedens percurrensque uitam posteriorem faciam eqs. itaque 'adulta' cedat in 'adulto', et cum in codice inter 'monumenta' et 'iam' duae litterae, quae hodie legi nequeunt, extant, insere 'dū', id est, 'monumenta. dum iam cedo primitiis, faciam' cet.

ibid.: *provincias luru superiorum deditas.* Hauptius coniecit 'desitas'; ego praefero 'perditas'.

ibid.: *docuisti magis fortunam regiam quid uirum facere conueniret, quam didicisti ab ea quid imperatores ante fecissent.* rescribe 'quid dudum facere conueniret.'

ibid. c. 16: *Mithradoticis spoliis Lucullus exultet, sed diu in Pontico luru paene uictor elanguit.* aut dele 'diu' ex superiore enuntiato repetitum aut in 'dein' muta.

ibid.: *hi sunt illi triumphalis uiri, delicatis negotiis frequentibus occupati.* dedit Symmachus 'delicati nec negotiis'.

ibid.: *maximeque hoc in Galliis delegisti, quod hic non licet otari.* corrige 'degisti' (ut 'hoc' ualeat 'propterea') siue potius 'diligisti'.

ibid.: *tibi nulla necessitas remittit indutias.* nil proficit Seeckii uiolenta correctio in loco truncato. puto 'tibi nulla necessitas remittendi animum inmittit indutias'.

ibid.: *lustrum imperialium iam condis annorum, ubi eqs. restitue 'ibi condis'.*

ibid.: *inter tot milia laurearum nondum digrederis ad triumphum.* corrige 'degrederis'.

ibid. c. 19: *quid ipsas contiones tuas et humanis sensibus celsiora retezo colloquia? debet esse 'quin'.*

ibid. c. 20: *tu in casibus tuis clemens, seuerus in publicis.* lege 'in causis tuis'.

In Valentinianum II c. 4: *ascendentem fugere nuper exercitum, qui occurrere per plana potuerunt.* scribe 'uoluerunt'.

ibid. c. 5: *altitudo principis utrumque prouidit, ut et illorum circumspectio falleretur, qui numquam mente securi sunt, et nostrorum animus integer perueniret, qui ante solliciti non fuerunt.* non opus erat uolenta Seeckii mutatione. lege 'permaneret'.

ibid. c. 6: *quid locorum notitiam, temporum demcnsiones, laborem sine pernicie, curam sine maerore conlaudem.* primum 'dimensiones', deinde 'laborem sine pernicitate' scripsit orator.

ibid.: *cum ad destinata praemissi, quae uidebant prae ceteris se tantum meruisse cognoscere, gauderent cum omnibus etiam ante necuisse.* ita edunt Maius Seeckiusque. codex 'cognosceregauceregaunderent'. lege 'cognoscere, sincere gauderent', causa uitii aperta.

ibid. c. 10: *his uirtutis excursibus non obreptioni uia quaeritur nec repentinae caedi insidiarum appacit ferire praeuentos.* 'insidiarum' ad 'obreptioni', 'ferire praeuentos' ad 'repentinae caedi' spectat. unde haec fere elicio 'caedi: insidiarum piget, piget ferire praeuentos'.

ibid.: *abire cum liberis et, quo magis cognoscerent bella exigi, patibularis et a barbaris arma transferri.* Maius 'sinis' in initio addidit; potius huic reddendum erat uocabulum paulo post molestum: 'patibularis abire cum liberis'. in uerbis iam reliquis 'et' abundat, 'arma transferri' non intellegitur. conieci 'exigi, uetabas barbaris arma ultra inferri'.

ibid. cap. 17: *armato populo terra Libye tuta est nec otiose suspicor bouini tegminis ambitum definitum autionis inermitas compulit breue spatium postulari.* lege 'tuta est. negotiose suspicor b. t. ambitu definitum (notionis inermitas compulit) breue spatium postulari.'

ibid. cap. 18: *ceteros ab usu fabricationis, te per te solum acisse quid conderes.* corrige 'qui conderes', id est, quomodo.

ibid. cap. 20: *ipsa illa, quae propugnaculis ambiuntur, opere suo decenter ornata sunt, ita crebris eqs. emendandum est 'opera, sicut (sic) decenter ornata sunt, ita' eqs.*

ibid. cap. 22: *non ego montium speculas aut decisa Aegyptiis rupibus proceras miracula, uel pyramidum vertices angulosos, fastigiis celsae urbis aequauerim.* scripsit Symmachus 'miracula, ut (uelut?) pyramidum u. a'.

ibid. cap. 24: *nunc primum uictoriis tuis externus fluuius publicatur. gaudeat seruitute, captiuus innotuit.* lege 'publicatur, gaudet' eqs.

ibid.: *parum quiddam naturae superest quod adhuc Romanus inquirat.* scribe 'paruum'.

ibid. cap. 29: *nec dubitabamus, cum plus in prosequendis negotiis habere prudentiae, qui soleret consilium a desinentibus postulare.* uerum est 'persequendis' et 'a deceruentibus'.

ibid. cap. 32: *sumpscrunt nomina diuersa tot flamines, ne possent dis pluribus esse communes.* 'tot' traice ante 'nomina' uel 'diuersa'.

Laudes Gratiani c. 6: *et mehercule tenacius rapit imperii disciplinas teneritudo primaeva.* puto 'capit'.

ibid. *nempe uirentibus ramis artifex rusticandi alienum germen includit, ut nouella praesegmina coagulo libri ubidius inoleant.* teste Seeckio palimpsestus habet 'ubidiosis', ut tamen 'u' altera in dubio sit. repoue 'coagulo libri uidiocius inoleant'.

ibid. c. 9: *cuius indoles multa iam praestitit et adhuc spes plura promittit.* genuinum est, ni fallor, 'spe plura'.

ibid. *ille liber hucusque refagulis pontium captiuus urgetur.* Seeckius adnotat hanc codicis scripturam 'libera hucusque ceruce rep.'; quod potest retineri, modo pro 'ceruce' rescribas 'ceruice'.

Pro patre c. 5: *hinc saepe mortalium pessimos ad amplissimos potestates fatorum uolatus euexit. scilicet hoc uno placent suffragio, quia omnibus displicebant.* enuntiat a Maio disrupta auctore Seeckio coniunxi. quamquam mihi uidentur etiam artiore uinculo copulari debere (pro 'placent' enim codex 'placeudi' praebet), hoc modo: 'euexit, scilicet hoc uno placentis suffragio', ad 'pessimos' ut referatur.

ibid. c. 7: *paterni successor factus imperii tantum malos iudices quasi hereditatis onera repudiasti.* non intellego 'tantum', quod ex 'iam tum' uatum uidetur.

ibid.: *non satis tibi idonea bona illa uisa sunt cum ministris ac (siue at) primo consilium tuum deliberatio distulit.* ita codex. post 'ministris' interlapsam esse aliquam uoculam agnouit Seeckius, qui 'malis' uult inseri. sed nec 'primo' habet locum. emendo: 'uisa sunt cum ministris istis. at primum consilium tuum' eqs.

ibid. c. 9: *quid loquar crimina necdum delata iam uendita et humani sanguinis autiones aut eruditos in mendacium reos et subornandi artifices ianitores ueteres calumnias nouas poenas crimina sine accusatore iudicia sine iure sententias.* excripsi locum talem, qualis habetur in palimpsesto. uua uoce transposita et interpunctione facta lucem his affundemus: 'ianitores; ueteres calumnias crimina, nouas poenas sine accusatore iudicia, sine iure sententias'. crimina obiecta continentur



calumniis illis ueteribus; sed nouae poenae consistunt in eo quod iudicia nullis accusatoribus, sententiae nullo iuris respectu habito fiunt.

ibid. c. 10: *nam quibus ab natura recti amor defuit, spem sequentur.* pro 'spem' melius erit 'speciem'; porro 'defuit' in 'defit' abeat.

Pro Synesio c. 1: *quod Iuliani C. V. cum primis amici mei filio praecator potius quam testis adsum.* ex eo quod in codice extat 'praecator' potius 'praedicator' eliciendum esse docent ea quae secuntur. enuntiati autem finem ita emacula: 'non minore a uobis reuerentia me fidem bonam poscere quam ceteros'.

ibid. c. 3: *nec iniuria quis dixerit, Synesium plus decorem adferre ani. et illud accessit, quod ex eadem domo iam secundus admittitur.* haec sic purgabuntur: 'Synesium suis decorem adferre; cui et illud accessit'. et 'cui' Seeckius quoque inuenit, cetera nimis turbulente tractans.

Pro Valerio Fortnnato c. 1: *quod mater familias in usum uertit suorum; sed male res actura, dum nimis timide consulit aeris angustiis.* codex uidetur 'maiores actura' exhibere. lege 'sed maiore iactura'.

ibid. c. 3: *et forte eo tempore tanquam uacuum dignitate se meritis ordo pulsabat.* corrige 'dignitatis Emeritensis'.

ibid.: *adeo rennebant sterile certamen.* tu 'adeo' muta in 'ideo'.

## AD AVIANUM.

Auiani fabulas a plurimis, quibus adhuc foedata sunt, uitis purgare, non leuis hercle labor est; non quia caremus codicibus uetustis (immo Parisinis a Froebnero addebitis numerum non paruum librorum antiquitate sua non contemnendorum possum adicere, ut duos Vossianos saec. IX et XI, Treuirenses saec. X, Galeanus \*) saec. XI ab H. A. I. Munrone Cantabrigiensi accurate nobis conlatum, Laurentianum et Vaticanum saec. XI), sed quia hi codices omnes diuersis quamquam gradibus ad unum tamen eundemque archetypum redeunt uitiorum saepe sat grauium multitudine obrutum. et habet hic archetypi status corruptus suam explicationem inde quod carmina illa iam ineunte medio quod uocatur aeuo in scholis lecta esse uidentur. sed genuinum textum coniecturarum ope restituere conanti saepenumero hoc impeditenti obstat, quod non ita facile discerni potest, quid auctori quid librariis imputari debeat, et ambiguus haeres utros correcturus sis. nam nec de aetate Auiani res plane explorata est. quem Cannegieterus et Lachmannus, suis uterque rationibus ductus, Antoninorum fere tempore uixisse sibi persuaserunt; alii extremis imperii Romani temporibus adscripserunt.

\*) huius libri primus Bentleius ad Horatii art. poet. u. 337 mentionem fecit. qui cum ab eo omnia epimythia abesse contenderet non recte dixit. desunt nimirum ea, quae ab omnibus libris antiquis exulant neque nisi in recentioribus inde a saec. XII prostant.

neque quin hi uere statuerint dubium esse potest itentidem considerantibus aut sermonis proprietates aut licentias metricas. quas omnes coniecturis uelle submonere, non prudentis est critici; immo ab his iudiciis ad ueritatem eruendam proficiscendum est. itaque, ut L. Muellerus in opusculo de Phaedri et Auiani fabulis Lipsiae a. 1875 edito [p. 32], sic ego quoque eorum accedendum puto sententiae, qui sub Theodosio illo, ad quem epistula fabulis praemissa est data, agnouerunt Ambrosium Theodosium Macrobius Saturnaliorum scriptorem.

Apud huius autem aequalem apparet toleranda esse haud pauca, quae, si apud priorum saeculorum scriptorem extarent, iustos nobis monerent scrupulos. sed in tolerando quoque modum tenere decet; neque, si patienter ferimus ex. gr. uerborum tumorem et sermonem a loquendi simplicitate abhorrentem, ideo excusare licet aut scabritium sordesque orationis, quales ante medii aevi barbariem nullus scriptor admisit, aut sententias uix a puero balbutiente profusas nec cohaerentes et plane absurdas. et carminum a corruptionis labe minus infectorum comparatio huius nostrae opinionis ueritatem te docebit. circumspecto igitur critico inprimis id cauendum est ne nimis aut beniuolum aut iniquum de Auiano iudicium sequatur, sed mediam quandam uiam inest ingenii laude non appetita et coniecturarum blandientium lenociniis neglectis nudae ueritati stans.

Talis autem criticus adhuc non extitit Auiani fabulis. nam Henricus Cannegieterus, uir doctus et diligens sed iudicii subtilitate destitutus nec codicum antiquorum recte aestimandorum (ut erant tum tempora) peritus, pauca uere correxit, in multo pluribus pernerse editoris prouinciam administravit. quamquam non meruit ille tam graua conuicta ab eo, qui deinde Auianum edidit, a Carolo Lachmanno in programmatae uniuersitatis Berolinensis a. 1845 [= Kleinere Schriften zur klassischen Philologie p. 51 sqq.]. nam tantum abest ut hic aut rectiore iudicio aut maiore successu sit usus, ut coniecturis suis saepe falsissimis atque adeo a lingua Latina et a re metrica uitiosis in textum receptis plus quam Cannegieterus Auiano nocuerit. qua in sententia plane mihi conuenire uideo cum L. Muellero [l. l. p. 33]. et necui iniustus de Lachmanno, uiro ceteroquin ingeniosissimo, censuisse uidear, nam fabulam iam hic tractabo, scilicet tricesimam septimam, quae est in codicibus haec:

Pinguior exhausto canis occurrisset leoni

Fertur et insertis uerba dedisse iocis:

'Nonne uides duplī tendantur ut ilia tergo

- Luxurietque toris nobile pectus? ait;
- 5 'Proximus humanis ducor post otia mensis,  
 Communem capiens largius ore cibum'.  
 'Sed quod crassa malum circumdat guttura ferrum'.  
 'Ne custodita fas sit abire domo.
- At tu magna diu moribundus lustra pererras,  
 10 Donec se siluis obuia praeda ferat.  
 Perge igitur nostris tua subdere colla catenis,  
 Dum liceat faciles promeruisse dapes'.  
 Protinus ille grauem gemitu collectus in iram  
 Atque ferox animi nobile murmur agit.
- 15 'Vade' ait 'et meritis nodum ceruicibus infer,  
 Compensentque tnam uincla dura famem.  
 At mea cum uacuis libertas redditur antris,  
 Quamuis ieiunus, quaelibet arua peto.  
 Has illis epulas potius laudare memento,
- 20 Qui libertatem postposuere gulae'.

u. 5 Lachmannus 'duco pasta otia' scripsit, cum tamen 'pasta otia' quae sint aut quis scriptor Romanus similiter dixerit ignotum sit. quodsi ille, ut decet philologum, anteriorum scripta consulere uoluisset, uerum iam dudum recipatum esse uidisset a Wopkensio legente 'post ostia'; hoc enim pro nota in praepositione 'post' apud posteriores scriptores brachylogia idem ualet atque 'postquam custodiui ostia'. — u. 7 idem pro 'crassa' uoce sanissima posuit 'rasa' inani inutilique commento. pro 'quod' antem optime Cannegieterus aut 'quid' aut 'quo' emendauit; illud Lachmannus sumpsit, hoc ego praefero. — deinde uu. 9—14 e textu L. eiciendos indicauit, hic ut multis aliis locis Auianum truncans praeter necessitatem. quid enim urendo secandoque opus est, ubi lenibus innocuisque remediis sanitatem possis reducere? non inueni equidem in toto Auiano unicum uersum qui a manu interpolatrice inculcatus esse nere possit putari. et nostro quidem loco si Cannegieteri editionem despectam Lachmannus diligentius adhibuisset, a decessoribus discere licuisset. nam turbatum uersuum ordinem esse perspexerunt et Barthius et Cannegieterus; quorum ille uu. 7 et 8 post 14, hic post 10 collocauit. tu uero si eos post u. 12 posueris, omnia apte currentia habes; nam leo demum post uerba, quae profert canis u. 8, audita in iustam prorumpit indignationem. — praeternisum est autem, ut a prioribus, ita a Lachmanno uitium certum, quod latet u. 13 in uoce 'gemitu'. nam nudum ablatiuum pro eo quod

nsitatum est 'cum gemitu' quomodo tuearis? uimirum uua litterula, quae supra lineam posita non recte est inserta, suo loco reddeuda: 'grauem gemitu collectus in iram atque ferox animi nobile murmur agit'; in quibus 'gemitu' et 'murmur agit' coniuncta sunt eadem sermone abundantia, qua dixit Seneca Oedip. 943 de leone 'gemitus et altum murmur'. — non magis in suspicionem adhuc incurrit distichon sequens, cuius uersus uterque cubat in meudo. nam nodum ceruicibus infert dominus, non ipse canis. dixit igitur leo: 'et meritis nodum ceruicibus *hic* fer', id est, in domo a te custodita porta. et quam sanam sententiam inesse uerbis his 'compensentque tuam uincula dura famem' dices? Caunegieterus famem intellegi uult 'uon ieiui tantum atque iuani stomachi, sed et repleti, plura tamen desiderantis'. at haec infuitam atque insatiabilem famem uocabulum nudum nusquam significat, sed adiectum quoddam siue totus sententiae conexus designat. neque agitur hic de inexturabili edendi cupiditate, sed hoc solum inuit leo: id quod tu non fame absumeris, i. e. depulsam repletamque famem, compenseut dura uincula. corrige, sodes, 'compensentque *actam*'. — uu. 17 et 18 iterum eiecit Lachmannus. et sine dubio obscurisimus est uersus longus, qualem exhibent libri. sed num ideo ad ultimum auxilium refugiemus desperantium instar? uide an hoc modo possis discutere tenebras istas: 'at mea *non* uacua libertas *uenditur* antris': ast ego uon uendo libertatem meam propter id quod antra cibo sunt uacua. nec dedecet posterioris ueni forma 'uenditur' Auiauum.

Ut in hoc carmine non satisfacit Lachmannus critici officis, ita in ceteris quoque fabulis plerumque infelicissimus est. quodsi quaeris, quomodo fieri potuerit ut uir ille cetera egrogus in hoc scriptore tam sui dissimilis existeret, parata est responsio haec, nec iugenos homines paucis hebdomadis (tantillum autem temporis ille Auiano impendit) in scriptore adeo difficili memorabilia praestare posse, sed ad ingenium accedere debere curam diligentiamque.

Post Lachmannum qui Auiani editionem apparatu critico instructam emisit, Guilelmus Froehner, emendationi nihil profuit.

Quibus praemissis ecce nostras tibi exhibeamus coniecturas.'

Epist. *Dubitanti mihi, Theodosi optime, quonam litterarum titulo nostri nominis memoriam mandaremus.* Caunegieterus 'cuinam' coniecit. melius nidetur pro 'mandaremus' repouere 'coudereumus'.

Fabulae I hoc est initium uu. 1—6:

Rustica deflentem paruam iurauerat olim,  
Ni taceat, rabido quod foret esca lupo.

Credulus hanc uocem lupus audiit, et manet ipsas

Peruigil ante fores, inrita uota gerens.

Nam lassata puer nimiae dat membra quieti,

Spem quoque raptori sustulit inde famis.

'deflentem paruum' cum uetustissimus quisque liber tradat (interpolatione aperta nonnulli recentiores 'deflenti paruo') neque sit cur deflendi uerbum absolute adhibitum (cf. Propertius I 16, 13 et Orestis trag. 860) abiciamus, non cum Lachmanno 'defleri puerum' audacissime reponemus, sed noci 'iurauerat' per se non admodum placenti maculam inhaerere odorabimur. sed quod Froehnerus tamquam suam emendationem 'iurgauerat' in textum inuexit (futilem lectionem iam Cannegieterus in Miscell. Obseruat. IV p. 295 ex codice quodam Cabelianiano protulerat): 'iurgare aliquem' locutionem non agnoscit latinitas. conicio 'deflentem paruum *pacauerat* olim'. — u. 5 'nimie' (ut habet certe Vossianus alter) cum 'lassata membra' iungendum restitui debere olim Barthium non fugit; et Wopkensius pro 'raptori famis' (siue 'fames') recta emendatione Auiano tribuit 'raptoris fami'. impeditam autem orationem sic tolle 'nam lassata puer nimie ~~das~~ membra quieti spem quoque raptoris sustulit inde fami'. — un. 7 sqq.:

Hunc ubi siluarum repentem lustra suarum

Ieiunum coniunx sensit adesse lupa:

'Cur' inquit 'nullam refers de more rapinam?

Languida consumptis sed trahis ora genis?

'refers' codicum aetate minorum scriptura non per se quidem condemnanda cedere tamen loco debet propterea quod lectio antiquis libris tradita 'referes' (uel quod inde ortum est 'referis') secundum pronuntiationem uulgarem nihil aliud est quam 'referens', quod praebent et Galeanus et Vossianus alter. corrige 'nullam referens de more rapinam languida consumptis sic trahis ora genis?' et frequenter 'sed' et 'sic' uoces inter se confusae. — u. 13 bene editiones anteriores 'nam quae praeda, rigo, quae spes contingere posset': codices praue 'rogas'.

Fab. II 1—6:

Pinnatis auibus quondam testudo locuta est,

Si quis eam uolucrum constituisset humi,

Protinus e rubris conchas proferret harenis,

Quis pretium nitido cortice bara daret;

Indignans sibimet, tardo quod sedula gressu

Nil ageret toto proficeretque die.

fractuant libri u. 2 inter 'uolucrum' et 'uolucrum'; illud utique uerum est, cum ope alitis alicuius uolucrum se fieri perque anras uehi testudo cupiat. tum uero 'humi' retineri nequit. spretis priorum uocem integerrimam 'constituisset' prae temptatum commentis Lachmannus 'ait' coniecit, ego legendum propono 'si quis eam uolucrum constituisset *ibi*, protinus e rubris' eqs.; 'ibi', scilicet in rubro mari. — un. 5 et 6 nncis inclusit Lachmannus, offensus, pnto, cum uerbi indignandi cum datiuo constructione insolentissima, tum uero eo quod participium 'indignans' non possit non exprimere ueram causam, qua adducta testudo ita egerit; cum tamen uana lande actam eam fuisse sequentia doceant. uerum enim uero omnes codices integri 'indignum' tradunt. ad quod si mente supplebis 'esse' et corriges interpunctionem ('indignum, sibi meto tardo quod — die'), remoti sunt scrupuli omnes. iam enim auibns causam reddit testudo, cur uelit uolucris ferri. in hoc autem 'sibi agere et proficere' quid ualeat dandi casus notissimum est. — nec un. 11—14:

Tum quoque sublimis, cum iam moretetur, in auras

Ingemit, notis haec licuisse suis.

Nam dedit exosae post haec documenta quieti,

Non sine supremo magna labore peti

opus est auctore Lachmanno alterum distichon habere pro spurio. quamquam sententiae loco haec proferri sane nequeunt. quid uero, si testudo scilicet in mortis solatium uerba ista dixit? et erunt non pauci qui additum ab ea flagitent, cur talis mors eius uotis libuerit (quam 'libuisse' pro 'licuisse' rara felicitate Cannegieterus 'si quis liber addiceret, non improbaret'). codices pro 'quieti' fere unanimo consensu 'quietis' tradunt. exaratnm fuit sine dubio iu prisco aliquo exemplari NAMQ·EDIEXSE POST. in qua lectione cum D pro Q sibi legere uideretur, 'dedit' descripsit librarius; et pro obscuro illo 'exse' e coniectura reposuit 'exosae', coniungendum quod esset cum uoce 'quietis' pro genetiuo habita. mirum autem quam maxime est, quod Vossianus alter (et hic quidem solus) 'ex semet' exhibet. in quo ultro agnoscimus alterum truncae lectionis 'exse' supplendae conamen. nos autem obtemperantes arti repouemus 'ex sese': nam plus simplici uice scribae bis ponenda semel ponebant. restitue igitur totnm locum ita: 'namque edi ex sese post haec documenta, quietis' eqs; sunt enim quieti tardi et otio adsneti.

Fab. IIII 1—6:

Inmitis Boreas placidusque ad sidera Phoebus

Iurgia cum magno coueruere Ioue,

Quis prior inceptum peragat. mediumque per orbem,  
 Carpebat solitum forte uiator iter.  
 Conuenit hanc potius liti praefigere causam,  
 Pallia nudato decutienda uiro.

uerba 'ad sidera' a Cannegietero male et accersitis alienis exemplis sustentata Lachmannus in 'ad cetera' mutauit. sed 'ad cetera' pro eo quod est 'cetera' num quis homo Romanus umquam dixerit dubito. erat autem 'deorum omnium turba' (cf. u. 15 'praesentia numina') in Olympo, ad epulas ut uidetur collecta. exoritur Boreae Phoeboque, ut fieri solet in conuentu hilari, lis iocosa cum Ioue (nam sine ulla omnino causa hunc expulit Lachmannus), uter illorum sit celerior in re coepta peragenda. itaque reposerim 'placidusque ad ludicra Phoebus'; mitis hilarisque erat utpote in locis. — u. 3 in uerbis 'mediumque per orbem' abundat copula; quam hoc modo tolle 'medium ecce per orbem'. — u. 5, cum non praecesserit alterius rationis ad litem finiendam propositae commemoratio, 'potius' uox recta esse nequit. cui substitue 'citius', id est, nulla mora iuterposita. nam id quod est 'citius' interdum ita adhibetur ut aequet fere positium. erat cum magis mihi adrideret coniectura altera 'potis'. — ibid. uu. 15 sq.:

Tunc uictor docuit praesentia numina Titan,  
 Nullum praemissis uincere posse minis.

non postquam uiatorem deposita ueste humi sedentem fecit sed ea ipsa re Phoebus ceteros deos docuit. pro 'tunc' rescribe 'hinc'.

Fabulae V hoc est promythium:

Metiri se quemque decet propriisque iuari  
 Laudibus, alterius nec bona ferre sibi,  
 Ne detracta grauem faciant miracula risum,  
 Coeperit in solis cum remanere malis.

sermo est de eo qui in statum pristinum est reductus. hic status pristinus parum apte designatur uoce 'malis'. nec 'solis' pro 'suis' uel 'propriis' dictum est recte. et pro hoc quidem editores quidam bene 'solitis' scripserunt. lege 'in solitis cum remanere modis'.

Ibid. 13 sq.:

Rusticus hunc magna postquam deprendit ab aure,  
 Conreptum uinculis uerberibusque domat.

uincula hinc aliena sunt. Lachmannus igitur 'baculis' temptauit. nonnulli libri habent 'uinculis'; unde placet 'stimulis uerberibusque', quod per figuram quam uocant *εὐ δὲ δούρι* pro 'uerberibus stimulo- rum' est positum.



Fab. VI 9 sq.:

Tunc uulpes pecudum ridens astuta quietem  
Verborum uacuum prodidit esse fidem.

Cannegieterus hypallagen iure auersatus 'uacuum' diuinavit; ego malim 'ambiguam'.

Fab. VIII .1—6:

Montibus ignotis curuisque in uallibus artum  
Cum socio quidam suscipiebat iter,  
Securus, quodcumque malum fortuna tulisset,  
Robore cculato posset uterque pati.  
Dumque per inceptum uario sermone feruntur,  
In medism praeceps conuenit ursa uiam.

frustra fuerunt qui adhuc emaculando u. 3 dederunt operam, ut Cannegieterus coniciens aut 'quod quodque malum' (in quo displicet sonus ingratus repetitae uocis 'quod') aut 'quod cuique malum', et Lachmannus rescribens 'quod cum qua' (in quo 'qua' superfluum est). unius syllabae traiectione ita illi medere: 'securus, cum, quodque malum Fortuna tulisset'. nam 'quodque' secundum usum posteriorum est 'quodcumque'. — u. 5 nindicandum pnto a mutationibus uocabulum 'inceptum', quippe ad quod facili negotio 'iter' subaudiatur. sed recte u. 6 uitium odorabantur docti. quod uide an lenissime ita curetur 'conuenit ursa'.

Secuntur un. 7—12 haec:

Horum alter facili comprehendens robora cursu  
In uiridi trepidum fronde pependit onus;  
Ille trahens uullo iacuit nestigia gressu,  
Exauimem fingens, sponte relinens hmi.  
Contiuo praedam cupiens fera saena cucurrit  
Et miserum curuis unguibus ante lenat.

non dubito quin uerba iusto languidiora 'horum alter' non tam Auiano quam librario debeantur, qui in eo quod antiquitus erat traditum 'hic alter' non animaduertit 'hic' adnerbii uice fungi. — e u. 10 nouum omnis deprauatio eleuata est. nam licet aduentur Cannegietero corruptam uocem 'relinens' in 'refusus' transformanti, remansit tamen mendum in illo 'sponte'. nam qui ingrante summa necessitate corpus in terram prosternit, quo iure is hoc 'sponte' facere designatur? reponere 'fronte refusus hmi': ore ille hnmum texit. — u. 11 praedam cupiens fera saeua dicitur absurde; debet esse 'captans'.

Secuntur un. 17 sq. haec:

Sed cum secnri paulatim in nerba redissent,  
 Liberior iusto, qui fuit ante fugax eqs.  
 non bene huc quadrat particula aduersatiua; pro qua hic quoque  
 repono 'sic'.

Ibid. nu. 21 sq.:

Magna quidem monuit, sed haec quoque maxima inssit,  
 Quae semper misero sint facienda mihi.  
 'quoque' facile apparet non prouenisse a poeta, qui dedit potius  
 'tamen haec quasi maxima iussit'.

Fab. XI 7 sq.:

Ne tamen elisam confringeret aerea testam,  
 Iurabat solitam longius ire uiam.  
 in disticho deprauatissimo iam anteriores bonas aliquot correctiones  
 inuenerunt: Barbius e uetere, si dis placet, codice suo 'allisam'  
 reponens, Neueletus pro 'solitam' coniciens 'sociam', denique Canne-  
 gieterus 'longius' mutans in 'comminus'. restat tollendum uocabulum  
 'iurabat'. nec enim iureiurando sollempni olla aerea iurat se non  
 confracturam esse luteam (hoc quomodo spondere licuit?), sed hanc  
 admonet atque impellit ut ipsi sit quam proxima, scilicet ne ad eam  
 procul euntem maiore cum uehementia adlideretur. lege 'ne tamen  
 allisam confringeret, aerea testam iurabat, sociam cominus ire uiam'.

Fab. XII 7—10:

Hunc Fortuna nonis gaudentem pronida rebus  
 Admonet, indignam se quoque ture dolens:  
 'Nunc inuenta meis non prodis munera templis  
 Atque alios mauis participare deos'.  
 recte se habet u. 8, ut extat in libris; nam 'quoque' non cum 'se',  
 sed cum 'ture' (cf. XVI 9 'se quoque tam uasto necdum consistere  
 trunco') iungendum est, ut doleat Fortuna se uili quoque sacro  
 indignam esse habitam. rem aperuerat iam Cannegieterus; nihilo-  
 minus hunc neglegens Lachmannus turbulentam coniecturam sanis-  
 simis admouere maluit. maiore iure idem in uerbis 'prodis munera'  
 haesit, sed aequo uolentius est eius conamen 'non prodest nnnla'.  
 sufficit enim 'non *prosumt* munera templis'.

Fab. XIII 7 sq.

Tristis abit longaque fugax de nalle locntus  
 (Nam timor expulsum iurgia ferre netat) eqs.  
 bene uereque omnino Cannegieterus 'longeque fugax' excogitauit;  
 nollemque post eum incredibilia finxissent. sed sequentia uerba 'de  
 ualle' idem false aut cum 'fugax' copulanda aut in 'de colle' trans-

mutanda putant. nam taurus leonem fugiens montium antra petierat, sed in his noua pericula, quo erat metu iustinctus, latere opinatus iterum in planum refugit. corrige 'longeque fugax e nalle locutus'. — u. 11 in uerbis 'nam si discedat' non ambiget rescribere 'decadat', qui quomodo discedendi et decedendi uocabula inter se differant cognitum habet. etiam fab. XXII 7 'decedere' restituitur.

Fab. XIII 11 sqq.:

Haec tamen auctos rumpit turpissima uocem,

Dum generis crimen sic abolere cupit:

Iuppiter hoc norit, maneat uictoria siquem,

Iudicio superest omnibus ille meo.

in enuntiato secundo praua est uox 'sic'. corrige 'dum generis crimen *scite* abolere cupit'. sequentis distichi sententia perspicuitate caret. pelluntur tenebrae, si olim 'uictoria quem' traditum fuisse sumimus, cui metri fulciendi gratia a librarii manu 'si' importatum sit. scribe: 'Iuppiter hoc uorit: maneat uictoria quemque, iudicio superest omnibus ille meo': cuiuscumque in hoc certamine palmam deferres, ego tamen meum natum omnes superare semper credam.

Fab. XV 1—4:

Threiciam uolucrem fertur Iunonius ales

Communi sociam contiuuisse cibo

(Namque inter uarias fuerat discordia formas,

Magnaue de facili iurgia lite trahunt).

u. 2, in quo exultandi aream nacti Withofius 'non tolerasse', Canegieterus 'contemerasse', Froehnerus 'couripuisse' coniectarunt, ego propono 'communi sociam non tenuisse cibo'. non minus autem ineptum est id quod sequitur 'inter uarias formas'. requiritur (et sine dubio ita dedit Auianus) 'nam propter uarias fuerat discordia formas'.

Fab. XVI 13—18:

Tu rabidos, inquit, uentos saenasque procellas

Despicias, et totis uiribus acta ruis.

Ast ego surgentes paulatim demoror austros,

Et quamuis leuibus prouida cedo notis;

In tua praeruptis offendit robora nimbus:

Motibus aura meis ludificata perit.

sententiam horum nersum bene exposuit Canegieterus his uerbis: 'tu, inquit arundo, uentos quantumuis rabidos et procellas saenas despicias ac contemnis remorata eos roboris obiectu, at nero ego nil eos demoror etiam surgentes et leniter spirantes, sed continuo

iis cedo', parum ille securus de ipsis uerbis. nam in arundinis oratione non sibi constant singulae partes, cum in priore diuersi modi quibus quercus et arundo procellas excipiunt, in altera ea quae ex hac diuersitate consequuntur explanentur. itaque in u. 14 uerba 'et totis uiribus acta rnis' nondum habent locum; immo dicendum erat arundini: 'et totis uiribus *alta subis*', id est omni robore obnixa tu excelsa fers paterisque tempestates. pergat arundo secundum codices, se uero surgentes austros demorari. hoc recte anspitionem mouit Cannegieteroq; nam eam non morari uentos, sed horum uim inclinatam exire et ad flatus quosque se flectere. mutauit igitur 'ast' in 'haud'; quo recepto 'paulatim' iacet. corrige 'ast ego surgentes *haudquoquam* demoror austros'. nam ex u. 20 librarius assumpsit 'paulatim' — u. 17 omnes libri (etiam Vossianus primus) habent 'praeruptus'. et quamuis alibi dixerint 'proruptus imber' similiaque poetae latini, hic tamen aliquo modo praeruptum nubium defendere licet, quippe cuius prima uis arboris trunco sit fracta. sed nullo pacto tueri licet illud 'offendit'; quamquam obscurum est, quid lateat. certe Lachmanni commentum 'se effundit' non satisfacit. requiritur fere 'desueuit' uel simile; sed uideant feliciores.

Fab. XVIII 9 sq.:

Et quamuis audax factisque inmanior esset,

Tantorum solus uiribus impar erat.

absurdum illud 'factisque' nescio an ortum sit ex tali scriptura 'audaxsaisq.', unde corrige 'audax animisque inmanior'. de prisca scribendi 'xs' ratione nota est res. — in eiusdem fabulae u. 15 sq.:

Tunc quidam ex illis: 'uitam seruare quietam

Qui cupiet, nostra discere morte potest'.

in antiquis editionibus legitur 'qui capit, ex nostra'. quod praeproperè abiecerunt nuperrimi editores; nam futuro tempore in hac sententia generali locus negandus est. sed adhuc fulcienda est ista lectio, ut arti respondeat: 'Qui cupit, e nostra'.

Fab. XVIII 1—4:

Horrentes dumos abies pulcherrima risit,

Cum facerent formae iurgia magna suae,

Indignum referens cunctis certamen haberi,

Quod meritis nullus consociaret honor.

inepte abies ad deprecandum certamen prouocat cunctorum iudicium, quippe quod nullum fuerit. lege 'cum stis certamen haberi'. de forma 'ste' pro 'iste' disseruit Lachmannus ad Lucr. p. 197. in uersu

antem minore recipiendum puto id quod unus ex libris deterioribus scribae scilicet coniectura praebet 'meriti'.

Fab. XX 7 sq.:

Nunc me saxosis genitrix fecunda sub antris

Fudit et in propriis ludere iussit aquis.

nimum est hoc 'nunc, id est, hoc ipso temporis momento me mater genuit'. neque fecunda genitrix hic a pisciculo apte commemoratur, licet de piscium fecunditate sat constet. habent libri aliquot boni 'fetida' uel 'foetida'. quod uidetur olim extitisse in archetypo et propter metrum uitiosum in 'fecunda' correctum esse. puto 'nunc me saxosis genitrix *efeta* sub antris fudit.' nam 'ecfetus' interdum pro 'fetus' adhibetur neque solum 'gignendo lassus' significat.

Fabulae XXIII haec fere est in codd. species:

Venditor insignem referens de marmore Bacchum

Expositum pretio fecerat esse deum.

Nobilis hunc quidam funesta in sede sepulchri

Mercari cupiens compositurus erat;

5 Alter adoratis ut ferret numina templis

Redderet et sacro debita uota loco.

'Nunc' ait 'ambiguum facies de mercibus omen

(Cum spes in pretium munera dispar agit),

Et me defunctis seu malis tradere diuis,

10 Siue decus busti seu uelis esse deum.

Subdita namque tibi est magni reuerentia fati

Atque eadem retines funera nostra manu'.

Conuenit hoc illis, quibus est permissa potestas,

An praestare magis seu nocuisse nelint.

u. 5 (nam u. 1 uocem 'referens' ex usu posterioris latinitatis positam Lachmannus non debuit mutare in pessimum illud 'insignem arte ferens') nere, ut puto, 'numina' in 'munera' correxerunt prisci editores. sed 'adorata templa', hoc est, magna ueneratione cultuque hominum florentia, non sollicitauerim, recordaus illud Quintiliani [X 1, 88] 'Ennium sicut sacros uetnstate lucos adoremus'. et secuntur, in quibus emaculandis iure possumus temptare uires. quae Lachmannus adeo obscura esse intellectuque carere dixit, ut nisi eiectis uu. 8 et 9 sanari nequeant; in eis autem quae iam restant colloquium uenditoris cum deo fingit. equidem hic quoque non dispicio, quomodo ex eo, quod uersus illi corrupti extant in libris, eiciendi facultas nobis detur; neque colloquium hic agnosco, sed

unius Bacchi uerba ad uenditorem data; quae uerba si non simpliciter possunt introduci illo 'ait' omissa Bacchi commemoratione, sequitur ut uersus septimi initio adplicemus medellam. nec dubito quin 'ait' glossa expulerit uocem genuinam 'deus' traxeritque uerbi antecedentis corruptelam. saeuus etiam grassati sunt scribae imprudentes in uerbis 'facies de mercibus omen'. ex quibus sensum quemcumque uidentur elicuisse Cannegieterus et Lachmannus (nam intactam reliquerunt locutionem), ego aptum hic sanumque sensum elici posse nego atque pernego. praeterea 'ambiguum omen' quid sibi hic uelit non magis claret; et dubitauit de eo iam Lachmannus. ingentes autem has turbas procreauit, ut fere fieri solet, paruum initio mendum. nam semel scribebatur syllaba bis scribenda, hoc modo 'mercibusum'; unde primum 'omen', deinde cetera mutabantur. hanc igitur uersus septimi formam primariam fuisse conicio: *tunc deus ambiguus, faceret quem mercibus uauum*. mercator scilicet haesit, cuiusnam empturientium uenderet statuam. haesit autem, ut equidem statuo, propterea quod utricumque uendens idem pretium erat relaturus. hinc uersus octaui uerbis desperatis opitulandum est. habes ibi uerba latina, sed ex quibus uix quidquam extrices quod perspicere possit; nisi quod 'dispar pretium' aliquo modo intellegitur. sed simul apparet pretium non fuisse dispar. nam si alter emptorum plus quam alter dare uoluisset, finis liti impositus fuisset. itaque a pretio non habuit uenditor, cur in alterutram partem inclinaret. Aniani uerba ipsa quis sanus in hoc rerum statu spondeat? sed periclitandum tamen num expulsis nugis scribarum traditas litteras in aliquam speciem redigentium recipere liceat quod poeta non sit indignum. temptaui *'nec spes, in pretium mittere dispar'*, quae uerba parentheos signo includantur. non est autem, cur 'dispar' correpta altera syllaba positum reiciamus, cum alibi quoque eadem mensura uocis 'impar' apud Auianum reperiatur. hoc non minus quam u. 10 'uelis' tolerabit, qui ultimorum imperii Romani temporum licentias metricas cognitae habet. deinde pro 'agit' corrigo 'ait'. et nescio an ad deprauatum 'agit' adposita in margine correctio 'ait' in prioris uersus initio effecerit corruptelam. — iam sequitur uu. 9—12 oratio Bacchi. in cuius primordio Cabeliauius e codice quodam 'seu me' protulit, contra stantibus libris mihi notis omnibus. neque inde proficimus ad restituendam aptam orationis illius formam, cum praesertim in posteriore potius huius uersus parte cubare mendum multa persuadeant. sed ut in toto loco, ita hic quoque opus est diuinatione non anxie apices respicienti. uide an tibi placeat hoc

'et me defunctis *et me licet addere uiuis*'. quidquid autem de ceteris indicabunt periti, unam uocem certissime correctam esse facile mihi adsentientur. nam deum Bacchum 'diuis' tradere, nihili est; et profert hanc sententiam uerbis melioribus nersus sequens. quid igitur magis etiam ab oppositionis ui commendatur quam 'uiuis'? denique u. 11 'magni reuerentia fati' hic absurdissime se habet. in paraphrasi Alexandri Nequam legitur 'magni reuerentia Bacchi'. haec non mala est coniectura, sed uereor num recta. a te pendet, inquit deus, utrum in magno celebrique templo me colant reuerenturque homines uiui an tenebris sepulcri includar. potuit hoc Avianus ita exprimere 'subdita namque tibi est magni reuerentia fani'. — absoluimus tandem locum, quasque difficultates Lachmannus nodum secundo tollebat, eas nos arte et uia dissoluere studuimus quidem; nam omnes uere nos dissoluisse non sumus tam adrogantes ut gloriemur. sed iuuat totum adponere secundum nostram recensionem, quo facilius fieri possit iudicium:

Tunc dens ambiguo, faceret quem mercibus usum

(Nec spes, in pretium mittere dispar), ait:

'Et me defunctis et me licet addere uiuis,

Siue decus bnsti seu uelis esse deum.

Subdita namque tibi est magni reuerentia fani,

Atque eadem retines finera nostra manu'.

stupesne tantam corruptionem in unum locum congestam mutationumque uiolentiam? at inspicie initium fabulae XXIV:

Certamen longa protractum lite gerebant

Venator quondam nobilis atque leo.

Hi cum perpetuum cuperent in iurgia finem,

Edita continuo forte sepulchra uident.

5 Illic docta manus flectentem colla leonem

Fecerat in gremio procubuisse uiri.

Scilicet adfirmans pictura teste superbum

Se fieri: extinctam nam docet esse feram.

bene enim omnia procurrant usque ad u. 7 (neque enim u. 4 in coninactis 'continno forte' offenderim, comparans VII 3 'forte canis quondam'), ultimam distichon iterum omnis recte interpretandi conamina eludit, ntpote ulceribus turpissimis foedatum. et primum quidem pro 'scilicet' Lachmannus reponebat 'hic (scil. uir) calet': inuentum bonum et, donec melius erit praesto, recipiendum. deinde uerba 'superbum se fieri' sic nude posita non quadrant in rem, cum iam ante snperbus fuerit uenator et nunc haec superbiam iustam

legitimamque esse demonstrare debeat. 'supernum se fieri' scripsit Lachmannus: quod non agnoscit latinitas. pendet autem horum emendatio a proximis, ubi 'extinctam' praeissimum est testibus uu. 5 et 6 'flectentem colla leonem — in gremio procubuisse uiri'. denique 'docet' magnam praebet offensionem. quippe non uir, sed pictura illud docet, ut in oratione indirecta 'docere' requiratur. has quoque sordes non unam et alteram litterulam inmutando, sed fortiore usi remedio enrabimus: 'hic calet adfirmans, pictura teste superbum se fieri *merito*; nam *domitam* esse feram'. deprauationis autem progressum hunc accipe. ad uocem 'domitam' non recte intellectam librarins 'extinctam' supra lineam adscripserat ita ut prior pars glossae supra 'merito' extaret. hinc alterius scribae stultitia 'extinctam' in uocis 'merito' locum restituit, alteram lectionem sibi deprehendisse uisi. postremo cum in his 'extinctam nam domitam esse feram' alterius utrius uocabuli abundantia nec medii aeni monachos lateret, 'docet' crassa Minerua reponebant perficientes loci corruptionem summam. num artificiosa haec uocas? tu reminiscere, perplexas obscurasque saepe esse errorum uias, et periculum ipse fac, num omnium dubitationum iustissimarum respectu habito leniore modo meliora a sententia restituere tibi contingat. sed turbulentarum mutationum culpam, si quam uere contraxi, redimam prolata emendatione, qua facilius certiorque fingi nequeat. dicit uu. 13—16 leo:

Quodsi nostra nouum caperet sollertia sensum,

Sculperet ut docili pollice saxa leo,

Tunc hominem aspiceres oppressum murmure magno,

Conderet ut rabidis ultima fata genis.

postquam pro 'murmure magno' Cannegieterus 'marmore in isto', pro 'oppressum' Lachmannus 'expressum' coniecit, has coniecturas conflauit Froehnerus ita 'expressum marmore magno'. uerum enim uero 'murmur' contemptim leo appellat hominis orationem, ut cum illo 'murmure magno' comparandae sint locutiones 'uerba magna' apud Verg. Aen. XI 381 similesque. corrige 'oppresso murmure magno', hoc est, abiecta uaniloquentia sua. tum Cannegieterus uoluit 'condere sub rabidis — genis', scil. leonis. elegantem coniecturam nollem plane spretam esse.

Fab. XXV 9—16:

Paruulus, exiguo circumdans pallia collo,

Sentibus immersus delituisse datur.

Sed post fallaci suscepta pericula uoto

Tristior amissa ueste resedit humi.



Dicitur his sollers uocem rupisse querellis

Et gemitu summos sollicitasse deos:

Perdita, quisquis erit, post hac bene pallia credat,

Qui putat in liquidis quod natet arna uadis.

non apparet e contextu, uu. 11 sq. de fure esse sermonem; immo eos non possumus non accipere de puero. itaque Froehnerus 'humi' mutauit in 'homo'. non uno nomine melius erit, initium u. 11 ita refingere *'fur* post *'fallaci'*. nam ubi *'fur'* post *'datur'* intercidit, corroborabant mancum iam uersum addendo *'sed'*. — u. 15 nec *'bene'* nec nero *'credat'* intellectum habet ullum. Lachmanno in mentem uenit *'bona'*; sed uidetur ex *'hac bene'* (*'hac'* enim plurimi libri exhibent) genuina scriptura eruenda esse. conieci *'perdita, quisquis erit, post aequae pallia freatat'*. de locutione *'frendere aliquid'* cf. Pacuuii fragm. 10 Ribb.

Fab. XXVI 6—12:

Illa gemens *'desiste, precor, fallaciter'* inquit

Securam placidis instimulare dolis.

Vera licet moneas, maiora pericula tollas;

Tu tamen his dictis non facis esse fidem.

Nam quamuis rectis constet sententia uerbis,

Suspectam hanc grauidus consiliator habet.

in uerbis *'maiora pericula tollas'* mendum facile agnoscitur, difficile tollitur. quamquam hoc certum est, nec hic Lachmannum obelum disticho illi appingentem sequendum esse. cauti potius medici instar sedem morbi dinoscere studeamus. uera monuit leo de periculis capellae imminentibus simulque quomodo haec pericula tolli possent ostendit. nullius igitur sensus est in uerbis illis uox *'maiora'*; quam ab imperito librario adiectam statim ad explendam archetypi lacunam. quae lacuna qui oriri potuerit apparet, si Aniano reddimus *'nera licet moneas monitumque pericula tollas'*. — u. 12 aut *'rabidus'* aut *'anidus consiliator'* criticis placet. inuenisse puto quod magis sit adcommodatum loco: *'prauus consiliator'*, qui est *'consiliator maleficus'* Phaedri [II 6, 2]. nec latet origo mendi, siquidem non infrequens est litterarum *'g'* et *'p'* permutatio.

Fab. XXVIII 15 sq.

Nimirum exemplum naturae derat iniquae,

Qua fieri posset cum ratione nocens.

in ultimis uerbis cum subiecti loco fungatur *'natura'* ex enuntiato primario subintellegendum, sententia euadit quam maxime absona. corrige *'qua fieri possit quis ratione nocens'*. summa cum acerbitate

exclamat rusticus: nimirum nouo opus erat exemplo ut natura ostenderet, quo quis modo nocere posset; non sufficebant scilicet plnrima exempla uetera!

Fab. XXX 11—14:

Sed cum consumpti dominus cor quaereret apri,  
 Impatiens fertur quod rapuisse cocus,  
 Rusticus hoc iustam uerbo compescuit iram,  
 Adfirmans stultum non habuisse snem.

expectes, non rusticum cordis rapti innocuum, sed cocum domini iram compescere studuisse. et ita rem intellexit paraphrastes [p. 79 ed. Froehn.], cuius haec sunt uerba: 'corde uero petito a domino nec inuento, coci gulositas accusatur, qui se excusans ait' eqs. itaque legendum propono: '*is scito* (siue '*catu*s') hoc iustam uerbo compescuit iram'.

Fab. XXXII 7—12:

Perge laborantes stimulis agitare inuencos  
 Et manibus pigras disce iuuare rotas.  
 Tunc quoque congressum maioraque uiribus ausum  
 Fas superos animis conciliare tuis.  
 Disce tamen pigris non flecti numina uotis,  
 Praesentesque adhibe, cum facis ipse, deos.

u. 9 'tunc quoque' sensu destitutum est. ferri potest, quod ex editione Mediolanensi a. 1785 adtulit Froehnerus, 'te quoque'; nam 'congressum', ut saepius hoc uerbum absolute ponitur, utcumque intellegitur. sed adhuc macula insidet uersui minori. aut ablatius aut datius est 'animis tuis'. sed utrumcumque casum praefers, non constat sententia. 'tu quoque maiora uiribus molitus deos conciliare potes tibi forti' (uel 'uirtute tua'): in his causa, cur fas sit superos conciliare, bis redditur, scilicet et uerbis 'congressum maioraque uiribus ausum' et illis 'animis tuis'. hoc iterari ut nihil attinebat, ita condicionem sub qua talis uir expectare potest auxilium deorum, nimirum laborans inque angustiis uersans, addi desideramus. ut frequenter alias, ita hic quoque librarius quidam insolentiori uocabulo substituisse uidetur uulgarius. corrige 'fas superos *at* animis conciliare tuis'.

Fab. XXXIV 11—16:

Decolor hanc precibus supplex alimenta rogabat,  
 Quae quondam querulo ruperat arua sono:  
 Se quoque, maturas cum tunderet area messes,  
 Cantibus aestiuos explicuisse dies.

Paruula tunc ridens sic est adfata cicadam

(Nam uitam pariter continuare solent).

adnotat Canuegieterus, formicam et cicadam bieme non iutermori, ut alia insecta, sed uitam continuare in aestatem. quod ut sane a historia naturali recte se habet, ita hoc potissimum loco inserere narrationi absurdissimum est. hoc sentiens Lachmannus uerba sic mutata 'unm nitam pariter contiuuare dolet?' cicadae orationi sequenti tribuit. hoc probo, sed uerba ipsa quid sibi uelint non satis adsequor. lege 'iam uitam pariter continuare ualent?', hoc sensu: num cantus tui nunc pariter atque per dies aestinos uitam tibi continuare possunt? et 'iam' ut fortius ualidiusque praefero Lachmanniano 'num.'

Fab. XXXIX 7 sq.:

Tunc lituus ranco deflecteus marmure culpam

Iumeritum flammis se docet esse prius.

his aliquis sensus infertur, si reponis 'se pretium esse docet.' nam 'pretium' in textu omissum et solito compendio in margine scriptum genuit uitium.

Ibid. 11 sq.:

Sed tantum neutis et cantibus arma coegi;

Hoc quoque submisso, testor et astra, sono.

'uentis', quidquid Cannegieterus de sono cantuum dicit, ineptam est. nec 'testor et astra' decet Auianum. sed Lachmanni coniecturis ('natis ego cantibus' et 'testor at astra') dubito num multum lucremur. rescribas mecum 'uetis et cantibus arma coegi, hoc quoque submisso, testor et astra, sono'.

Fab. XXXX 9—12:

'Vade' sit 'et pictae nimium confide iuuentae,

Dum mihi consilium pulchrius esse queat.

Miremurque magis quos munera mentis adornant

Quam qui corporeis enituere bouis.

nere omnino Cannegieterus pro stulto illo 'iuuentae' reddidit poetae 'figurae', comparans cum maxime Ouidii a. a. II 143. sed male idem n. 10 'queat' defendit damnantque obelo distichon ultimum. quamquam sane mirum est quam plurime quod nulpes se quoque in mirantium numerum refert. ta, inquit illa, tui corporis pulcritudine gaudens confidasque, modo mihi mentis bona pulciora esse dicant et haec plaris aestiment. tali sententiae adcommodata est correctio haec 'dum mihi consilium pulcnius esse cluat, mirenturque magis' eqs.

Fab. XXXXII 7—10:

Nonne uides, inquit, cunctis ut uictima templis  
 Inmitem regimens morte cruentat humum?  
 Quod nisi securo ualeas te reddere campo,  
 Ei mihi, uittata tu quoque fronte cades.

ambigas utrum in archetypo 'inmitem regimens' an 'regemens' fuerit; nam uariant codices, ut tamen alterutrum plerique exhibeant. et dubia est etiam correctio; nisi quod certum uidetur, haedorum significationem non posse abesse. fortasse uulpes inter laniferum gregem (u. 4) adsistens dixit 'cunctis ut uictima templis inmiti *loce* *genus* morte cruentat humum'. — indubitata autem correctione u. 9 pro 'ualeas' restitue 'celeris'. quod utique praestat Cannegieteri commento 'properes'.

Ibid. 11 sq.:

Ille refert: 'modo qnam metuis, precor, exime curam  
 Et tecum uiles, inprobe, tolle minas'.

respuit latinitas 'curam metuere' eo quo hic usu adhibitum. corrige 'qua *mi* metuis, precor exime curam'; nam formam 'mi' alibi quoque habet Avianus. ex 'qua mi' primum factum est 'quam', deinde metro consulerunt adiciendo 'modo'.

## COROLLARIUM.

---

Aliquot paginas adici cum huius libri ratio postulet, per saturam addam in diuersos scriptores obseruatiunculas. initium autem faciam a ueteribus meis deliciis, a Taciti dialogo, ut simul me ipse corrigam. ubi in c. 18 uerbis traditis: *num dubitamus inuentos, qui pro Catone Appium Caecum magis admirarentur?*, cum aut auctore Groslotio 'prae' pro 'pro' scriberent aut Schurzfleischium 'magis' delentem sequerentur, ego in Fleckeiseni annal. a. 1877 p. 510 ostendi, in utraque emendandi ratione deesse sententiae notionem necessariam, qua Catonis tempore hoc usu uenisse significetur. itaque conieci 'qui uiuo Catone'. postea inueni quod a palaeographia magis commendaretur: 'qui probato Catone Appium Caecum magis sequerentur'. quo dicendi genere ex. gr. Cicero in Bruto utitur. itaque quattuor uocis sequentis litteras repetiuimus; et hodie satis notum est, quot locis hoc corruptionis genus grassatum sit. lubet, rem nouis aliquot exemplis ostendere. in Apulei metam. V 6: *et insuper quibuscumque uellet eas auri uel monilium donare concessit* ante 'donare' inserendum est 'donis'. — in eiusdem Apulei Floridis haec extant c. 6 fin.: *magistri perrogant, quod factum a lucis ortu ad illud dici bonum fecerint; hic alius se commemorat inter duos arbitrum dilectum . . . ; itidem alius sese parentibus quaequam imperantibus obelisse, et alius aliquid meditatione sua reperisse uel alterius demonstratione didicisse: denique ceteri commemorant.* uerba ultima, quae laeuosa esse agnouit Kruegerus, sic supplenda censeo: 'denique cetera ceteri commemorant'. — ibid. c. 7 fin.: *quae enim facilius res est quam linguae rabies et uilitas morum, altera ex aliorum contemptu, altera ex aui? nam niliter*

*semet ipsum colere* eqs. ante 'nam' interlapsum est 'nata'. — in Apologiae c. 9 uerbis *num ergo haec sunt crimina mea, et nomine erratis, qui me magiae detulistis?* ante 'nomine' periit 'non'. — ibid. c. 31: *igitur ut solebat ad magorum eerimonias aduocari Mercurius animarum nector et illex animi Venus et Iuna noctium conseia et manium potens Trimia: uobis auctoribus posthac Neptunus* eqs. desideratur quod uoci 'posthac' accurate respondeat. itaque 'adhuc' siue ante 'ad magorum' siue ante 'aduocari' intercidit; nec minus post 'Triuia' id quod est 'ita'. — ita dum librarii a similibus ad similia aberrant oculis, haud raro duas uoculas conflabant in unam. bellulum exemplum praebet Apuleius met. IV 28 [= Apulei Psyche et Cupido ed. O. Iahn, Lipsiae 1856, p. 1 sq.], ubi de regis filia aetate minima haec leguntur: *ut ipsam prorsus deam Fecerem religiosis adorationibus*. addunt priscae editiones 'uenerabantur'; tu uero orationi Apuleianae conuenientia sic restitue 'religiosis adorabant orationibus'. ad locutionem quod attinet cf. Petronius 118 'religiosae orationis sub testibus fides'. — quid quod truncatas inde uoces interdum librarii siue sensui sine metro consulentes iterum corrigebant cumulabantque deprauationem? dabo duo exempla. in Culice, carmine pseudouergiliano, inde a. u. 292 haec extant:

sed tu crudelis, crudelis tu magis Orpheu,  
 oscula cara petens rupisti inssa deorum:  
 dignus amor uenia, gratum si Tartara nossent.

ingratum illud 'gratum' inculcabant monachi lacunam expleturi. corrige 'dignus amor uenia, ueniam ei Tartara nossent'; cf. Verg. Georg. IV 489. — in Ouidii heroide prima uu. 39—42 sunt hi:

rettulit et ferro Rhesumque Dolonaque caesos,  
 ntque sit hic somno proditus, ille dolo.  
 ansus es, o nimium nimiumque oblite tnorum,  
 Thracia nocturno tangere castra dolo.

pro certo potest affirmari, Ouidium duo disticha insequentia non no eodemque modo finiuisse. difficile tamen est diiudicatu, utri loco sit admouendum remedium. A. Palmerus Dublinensis, qui paucis annis ante Ouidii epistulas prudenter edidit, prius illud 'dolo', utpote e glossa 'Dolon' ortum, delendum censuit substituta nesciocuius coniectura 'uigil'. quam opinionem corroborare potuit ex patrio quodam codice. nam collegii Etonensis sub arce Windsoria siti bibliotheca possidet codicem scriptura langobardica exaratum (saeculo XI adtribuo), qui praeter alia, de quibus propediem disseremus, heroidas I—VII 157 sat corrupte siue potius interpolate continet. hic igitur

liber a me a. 1875 conlatns praebet u. 40 'prodit [sic] ille dolo'. sed huic scripturae ex mera negligentia uel intempestina Dolonis recordatione ortae ut pretii aliquid concedamus netat Parisinus, spectatae honitatis liber, 'dolo' aperte exhibens. itaque missis membranis ex internis rationibus dissolnere quaestionem studeamus. a sententia autem u. 40 optime potest stare; nam Rhesus utpote dormiens facili negotio occidi potuit, Dolona uero nisi adhibito dolo non licuit e medio tollere. hoc qui legit, sua sponte, quae est nironm oppositio, ad uocem 'ille' mente statim subintellegit 'scilicet uigilans'. itaque eo deferimur ut dicamus (id quod etiam multo plus externae praefert probabilitatis), altero loco 'dolo' repositum esse ab archetypi librario illius 'proditus ille dolo' praue memori. quem praeterea, ut ego statuo, ad peccandum pellexit corruptus n. 42 statns. sume antiquitus fuisse traditum 'Thracia nocturno tangere castradu': ob oculos positam habes interpolandi ansam. cuius corruptelae sanationem pingui Minerua factam medii aeni monachis lubenter largimur; nos arte adhibita tres fere litteras repetamus: 'Thracia nocturno tangere castra gradu'. notam est illud Horatii 'nocturna nersate mann'.

In Apuleium paulo ante tractatam placet nunc nonnulla proferre alia ratione inuenta. Floridorum c. 16 personae comicae eleganter ita describuntur: *leno periurus et amator feruidus et seruilus callidus et amica illudens et uxor inhibens et patruus obiurgator et sodalis opitulator et miles proelior*. parum apte militis comici natura atque indoles designatur adiecto illo 'proelior'. quapropter Wowerus 'praedicator' coniecit. possumus uocabulum magis proprium recipere. Florentinus habet 'p̄liator'. pro 'p' repono 'g' et liaeolam fac pertinere ad 'l' litteram: euadet 'miles gloriator'. — Apologiae c. 9 *quis umquam fando audiuit tam similem suspensionem, tam aptam coniecturam, tam proximum argumentum*. nox 'similem' deprauationem praee se ferens Kruegero mntanda uidetur in 'uerisimilem'. magis placet 'tam subtilem coniecturam'. — ibid. c. 88: *lex quidem Iulia de maritandis ordinibus nusquam sui ad hunc modum interdicit*. corrige 'nusquam loci'.

Supra commemorationem feci codicis Etonensis. continet hic fol. 6—18 elegias Maximiani hodie fere obliuione pressas; quibus, ut nec ultimae aetatis ultimaeque sordis anctores praetermittam, opem nunc feram aliquot emendatiunculis, plures mox in poetarum latinorum minorum editione daturus. eleg. I 49 (edit. Wernsdorfianae):

Hinc etiam rigidam memorant ualuisse Catonem.

nescio cur editores Horatii loco ab ipsis adlato ita uti noluerint ut

pro inepto illo 'nalnisse' rescriberent 'calnisse'. — ibid. 67 sq.:

Et nunc subridens latebras fugitiua petebat,

Non tamen et fugiens tota latere uolens.

codices mei omnes 'effugiens' praebent. nitatur duplex participium, si reponis *effugiis*'. — ibid. 77:

Omnis foeda mihi atque omnis mihi rustica nisa est.

hoc uersus monstrum quomodo uel Wernsdorfius potuerit tolerare non intellego. libri mss. omittunt alterum illud 'mihi'. unde apparet traiecto illo 'est' reddendum esse Maximiano 'omnis foeda mihi est atque omnis rustica uisa'. — ibid. 125 sq.:

Ad nullum consurgit opus, cum corpore languet,

Atque intenta suis obstupet ipsa malis'.

'obstupet' pro eo quod est 'obstupescit' alibi non occurrit. nonnulli codices 'astupet' uel 'abstnpet' praebent. emenda 'a! stupet'. — ibid. 142:

Nescio quid toruum seu furiale nident.

collocatio uerborum in bonis libris est haec 'toruum nescio quid'; deinde omnes fere 'beu (Etonensis 'eu') legunt. uerum erit: 't. n. quid cen furiale uident'. — ib. 177 sq.:

Turpe seni nultus nitidi nestesque decorae;

Atque etiam est ipsum uiuere turpe senem.

hic Etonensis unus omnium librorum uestigium priscoe scripturae tradidit, 'sene' exhibens. unde 'turpe sen' in uersu quoque minori scriptum fuisse euincitur; nam etiam alibi hoc artificio in initio finique distichi eadem uerba ponendi delectabatur Maximianus: cf. eleg. III 5 et 6. sed ut exitus pentametri facilem habet correcturam, ita difficillimam eiusdem exordium. nam 'quis sine ['sis] unus] iamque ipsum' codices tradunt, cum tamen neque uestium iterata mentio conueniat neque 'iam ipsum' aliud est quam ineptum librariorum commentum. quippe quomodo 'uiuere' sit accipiendum, docent uersus sequentes 'crimen amare iocos, crimen conuiuia, cantus' eqs; igitur 'uiuere' significat 'uita iucunde uti fruique'. temptauit 'quis sine *maestitia* uiuere turpe sen'. — eleg. II, 3 sq.:

Post multos, quibus indiuisi niximus, annos

Respuit amplexus beu! stupefacta meos.

pro uerbo a sententia parum commendato 'stupefacta' pauci quidam libri (inter quos est Etonensis) 'pauefacta' habent. corrige '*lauefacta*'.



## ADDENDA ET CORRIGENDA.

---

- p. 10, lin. 24 pro 'quendam' lege 'quandam'.  
p. 14, lin. 13 ante 'humane' adde comma.  
p. 25, lin. ultima lege 'supra lineam'.  
p. 48 not. lin. 5 lege 'uolpis tamquam animalis ore blandi'.  
p. 68 in u. 465 lege 'Aetnam'.  
p. 82 lin. 9 lege 'Ascanius'.  
p. 98 in Propertii versibus:

Corpora disponens mentem non uidit in arte:

Recta animi primnm debuit esse nia

uide an difficultas fortasse hoc faciliore remedio tolli possit 'mendum non uidit in arte'.

- p. 110 in carminis prioris versu 5 sic lege:

Itemque lucem reparas et noctem fugas.

- p. 111, lin. 6 a fine adde: 'quidque' ex noto loquendi usu pro 'quidquid' (cf. II 15).

p. 128 sq. cum de duplici significatione nocis 'dissociabilis' agerem, consulto omisi adicere tertiam, quippe quam ut rarissimam uix in censum venire putarem. nunc tamen, ne eam me ignorasse censeat uituperatorum male sedulum genus, quaedam addere potius est uisum. statuit enim Rothius in excursu XXIII ad Agricola[m] [p. 211] adiectiuus in 'ilis' desinentibus inesse notionem participii praesentis passivi. neque tamen locis adductis id comprobauit. nempe ut est 'amabilis' is qui amari potest sine amore dignus est, 'inlacrimabilis' lacrimis indignus, ita in exemplis Taciteis a Rothio congestis 'intestabilis' uel 'detestabilis' est detestatione dignus (= nequam), 'desiderabilis' desiderio dignus, 'fauorabilis' fanore dignus. in his uerbis, ut in aliis quoque, notio participii praesentis passivi tantum uidetur uisus obiter inueniendus. certa huius usus exempla apud solos poetas extant paucissima, ut apud Propertium I 2, 12 'et sciat indociles [= quae non docentur] currere lymphas uias'.

---

## INDEX SCRIPTORUM.

---

APULEIUS . . . . .	pag.	195	seqq.
ANTONIUS MUSA . . . . .		107—113.	
AUCTOR CULICIS . . . . .		196.	
AVIANUS . . . . .		176—194.	
CICERO, Q. . . . .		23—32.	
FLORUS, P. ANNIUS . . . . .		21.	
HORATIUS . . . . .		33—69.	
HYGINI FABULAE . . . . .		19	sq.
LIVIUS . . . . .		119	sq.
MAXIMIANUS . . . . .		197	sq.
OCTAVIA PRAETEXTA . . . . .		114—124.	
OVIDII EPISTULAE . . . . .		196	sq.
PROPERTIUS . . . . .		73—106.	
PUBLILIUS SYRUS . . . . .		17—19.	
SENECA TRAGICUS . . . . .		11	sq., 34 not.
SUEIUS . . . . .		22.	
SYMMACHUS . . . . .		171—175.	
TACITI AGRICOLA . . . . .		125—170.	
ANNALES . . . . .		121	sq.
DIALOGUS . . . . .		195.	
GERMANIA . . . . .		130, 152.	
VARIUS . . . . .		21.	
VARRO DE LING. LAT. . . . .		17.	
SAT. MENIPP. . . . .		15—17.	

---





3 2044 050 527 084



21. 7.



